Anadosis .i. redditio vel equalis distributio.
Anadrome .i. recursus.
Anadromes .i. capparis.
Anada id est. liquor vel humiditas cordis.
Anadach .i. frad.
Anafriagos .i. sparagus.
Anagoge .i. eductio sāguis p os
Anagogen idem quod supra.
Anagalion .i. consolida minor.
Anagodan .i. sumach.
Anagogum .i. spuere faciens.

Anago ·i·deductio·
Anagarza qu.. d est·l·l·bothoen·
Anagit ·i·camfora.
Anagallidos ·i·semen mirice·
Anagalliris ·i·simphitū vel confir matum vel consolida maior & minor·
Anaguid id ē·nouiter de furno egredientium·

XLIIII.

ANagallꝰ gre·vel myoschays vel xantala·ara·ippia.latine vero auricula muris dicit̄ secundū aliquos·Anagalli due sūt species·vna ē auricula muris·& est maior:et alia ē morsus galline siue morgellina & est minor·Et maioris sunt due species·vna q̄ facit florē celestis coloris.Et est alia que facit florem rubeū:& habent folia pua rotunda:& ramos quadratos:& semen rotundū·Minor vero facit florē albū:cuiꝰ folia sunt similia supradicte Dyas·cap·de anagallo·Anagalli·s·maioris sūt due species.vna est q̄ florē iacincticū pfert·que femina est·Altera est que & florē dactili colorem habentem profert·que & masculus est·Ambaꝝ vero frutices sunt minores:& sup terram spāse subquadratas habentes virgulas·semen habētes desup obrotundū. Sera·li·aggre·cap·de anagallo·Anagallꝰ est plāta q̄ habet folia sbtilia pua & ramos quadratos·& semē simile semini coriādri·& masculꝰ ex ea nominat̄ in greco xantala·Et femina cardabella:& est herba ā hauleic.Idē au·dias·Est herba cuiꝰ due sūt spēs·vna ipsarū habet florē celestini coloris:et est femina Altera vo habet florē rubeū:& est masculꝰ.& sūt due plātule expāse sup faciē terre:habētes folia pua & rotunda silia folijs herbe q̄ dicit̄ lactin:& hab; ramulos quadrangulatos·& semen rotundū subtilē radicē·Et idē auto·Gal·Virtꝰ eiꝰ est que calefacit paꝝ·et desiccat sine mordicatione·& abstergit abstersione fortis & attrahit· Gal·vi·sim·phar·cap·anagallus·Anagallus vtraq; tā q̄ fuscū hab; colorē ꝗ que rubicundū abstersiue satis virtutis sūt habentes quandā occultā caliditatē attractiuā·Et idē in.vij·ca·myoschais siue mysothis·Anagallus siccat secundū gradū:secundū caliditatē aūt nullam manifestā habet· Posse·Emplastꝝ ex anagallo factū curat tumorē ani·Et succus eiꝰ curat oculoꝝ caligines·cōferet hydropicis & calculosis & epaticis. Et herba ipsa contusa·& sup vulnus imposita attrahit infixa corpi. Dyas·Ambe species anagalli vulneribus prestant effectū:tumorē nō admittūt:& infixa corpi euocāt:pascentia vulnera abstinēt·succꝰ eaꝝ dolorē dentiū ꝓhibet:si ꝑ dextro dēte in sinistra nare fuerit immissus·hic succus cū melle actico coctus & adhibitus oms caligines oculoꝝ siue viciū eoꝝ qd̄ vocat̄ argemō siue argema detergit·morsibus venenatis bibitꝰ medicat̄·nefreticis hydropicis·& epaticis·& renali passione defectis ꝑstat auxiliū·ano tumēti impositus medicat̄·Itē succꝰ naribꝰ infusꝰ putredinē capitis purgat·Habet em̄ desiccatiuā virtutē absq; mordicatōe. Vn̄ & vulnera glutinat·ventrē quoq; deducit mulse admixtꝰ & potui datꝰ·herba cōtusa & imposita stipites educit de corpore

Sera·Species anagalli cuius flos est celestis ꝯfert exitui ani·& illa cuiꝰ flos ē rubeꝰ:facit anū egredi si fit cū ea emplastrū· Gal·Ambe species anagalli habēt occultā caliditatem attractiuā·vt & stimulos infixos euellāt Eaꝝ vo succꝰ a naribꝰ flegma purgat ꝓpter eandē cām:& vniūsaliter loquēdo siccatiuā habent virtutē quapropter etiā vulnera solidāt & putrescentibus conferunt·

Anagiros ·i·malua terratica·
Anabada ·i·cibꝰ sicut pheludem nisi qr cum eo ponitur zizamū·
Analesia est spēs epiletie vicio stomachi
Analbarā ·i·morfea alba·
Anantia pes leporis gariofilata sanamūda idem·l·l·gariofilata·
Amandal ·i·coloquintida rectificata
Analipsis ·i·refectio·
Anansi ·i·arundo·
Anarsatha ·i·hydropisis carnosa
Anapopletica·i·q̄ replent vulnus carne
Anapetica ·i·bona digestio·
Anapleuretica sunt que alta vulnera cōplent & limpidant·
Anasiticatos ·i·sparagus·
Anastomasis est cum ora venaꝝ aptiora effecta sanguinem emittunt·vel est superflua elargitio·
Anasarcha est species hydropisis:& fit quando supfluitates grosse non expellūtur ad cutim sed iuxta carnē·Vnde dicit̄ ab ana qd̄ est iuxta:& sarcos qd̄ est caro ideo dicit̄ hydropisis carnosa·& vocatur similiter hyposarcha·
Anatropha ·i·conuersio stomachi sursum:et est vomitus·

Anathimasis ·i·delatio fumi sursum a stomacho ad caput·
Anathimiasis idem quod supra·
Anatif vel anansi ·i·arundo·
Anathomia ·i·equalis sectio·
Anatrepsis ·i·nutrimentum·
Anatrelis ·i·neruoꝝ pforatio·
Anaxilis ·i·consolida minor·
Anax quid est·l·l·har·
Anazet ·i·iuiube·
Anacaros est nomen cuiusdā insule·
Anacasa ·i·musa·
Anacanati ·i·auis mouens caput
Andachocha ·i·andacucha·
Andarante ·i·sal lucidus·
Andaracaron est tercia species trociscoꝝ tyriace: nam in ea sunt trocisci squillitici trocisci tyri·& est tercia species·s·trocisci dyacoralli·
Andalartos ·i·calcutecaumenon·
Andaran ·i·alumen·
Andale ·i·coloquintida·
Andacote ·i·sulfurate·
Andrago ·i·portulaca·
Andragne idem quod supra·
Andragne agreste·i·soldana: & est portulaca siluestris que est lacticiniosa & ē laxatiua p qua·l·l·chabille·
Andracacara quid est·l·l·heraalalem·
Andrasemon est species yperici·
Andragmos ·i·nenufar·
Andragmas ·i·capparis·
Andrarane ·i·andraracaron

XLV

Andrafasis grece·ara·araf·latine vero atriplex· Sera·li·aggre·cap·araf·auc· Dyaf· Araf·i·andrafasis olus est ꝺ genere duplici ortiuū & agreste fri·est·ſ ꝫ domestica multo frigidior est agresti· Gal·vi·sim·phar·ca·andrafasis· Andrafasis siue atriplex·siue crisolocanna fri·& hu· virtutis est·hūida quidē in·ij·gradu a medijs·fri·in primo quā quidē tepidā dicebam⁹ esse q̄litatem qualis & rosis nostris dam⁹·nisi qꝫ ñ est pticeps stipticitatis·ſ ꝫ est aquosa·& minime terrestris·sicut malua·sed secundū ventrē facile trāsit sicut illa ꝑpter viscositatē·omnino aūt modicū qd diaforeticū est ei·sūt etiā & ortulane tā malua ꝙ andrafasis multo humidiores & frigidiores agrestib⁹· Posse·Dias·Andrafasis cataplasmatibus adhibita cruda & cocta papulis imposita medet·semē eoꝝ cum mulsa bibitū ictericos curat·ei⁹ virtus est leptintica·cū polentā cataplasmatib⁹ adhibita et imposita dolorē capitis tollit tumorib⁹ oculoꝝ necessarie adhibet·& fatigatōes stomachi imposita tollit·semē ei⁹ nefreticis medet·& folia ei⁹ trita & imposita ignē sacꝝ ꝯpescūt·folia ei⁹ comesta dolores vesice amputāt·silr̄ & reuma stomachi et ventris ꝓhibent·Comestū febres acutas extinguit·& lūbricos rotundos educit·sanguinē reijcientib⁹ prodest disintericis comestū auxiliat·cathaplasmatibus oculoꝝ vtiliter adhibet·reumatismū intestinoꝝ si adhibet̄ cōpescit·dolores matricis suppositū mitigat. Est eīn andrafasis hūida abundant·fri·mediocriter nil habēs stipticū·ſ ꝫ aquosa est ut malua·domestica aūt multo frigidior est·& ideo inflamatōibus in initio expedit In statu vo & declinatōe siluestris·semē vo eaꝝ ꝓiectoriam habet virtutem · Vnde yctericis & epaticis si ē ex epatis emfraxi vtil' est·Cruda siue cocta duricies oīs & furunculos sanat·permonib⁹ quidem anteq̄ in vuln⁹ erumpāt vtiliter imponitur· Scabras vngues sine iniuria vlceris detrahit·podagre feruorē cū nitro et aceto & melle extinguit·solutoria est. Et Sera·auto·rasis·Semē ei⁹ facit vomere fortiter·Et vidi hoīem q̄ bibit ex eo·ʒ·ij·& assellauit vsqꝫ ad debilitatē magnā Gal' Andrafasis domestica mlto frigidior est agresti·qua ꝓpter & flegmonib⁹ etiā frigidis incipientib⁹ quidē & crescentibus ac mollib⁹ adhuc & quasi feruentib⁹ ortulana·eis vero q̄ in statu & declinatione & indurescentib⁹ & frigescentibus agrestes sūt ꝯuenietiores·fruct⁹ āt ei⁹ abster siue virtutis est·vn̄ et ad hyctericos ex oppilatōe epatis vtilis existit· Almansor tractatu tercio cap·de atriplice·Atriplices fri·sūt et hūide·q̄ ventrē mollificātes bene nutriunt·yctericis quoqꝫ et calidū habentib⁹ epar beneficiū prestant·
Anfastas· ·i·tegula·
Angastus ·i·hartacum·
Angailem ·i·arbor nascēs ī india in locis rusticorum·et est fri·et sic·et est satis stiptica·
Anguascen id est·herba lilialis: et est anfimerina·
Anhar ·i·locus qui est in inferiori parte gule·latine sonat vulneratio cū lancea eo ꝙ camelus ibi cū lancea ꝑcutitur·et sic moritur ·aliter non·
Annababe est fruct⁹ arboris que vocat agrifolium·

Annara .i.testa ouorum vnde pulli excludunt.

Anphra .i.coagulum.

Antali sūt ossa facta sicut dentali vtcun ꝗ3 maiora: s3 non habent supficiem lenem sicut dentali: sed virgulatā & totā alba3 oriuntur sicut & illi. & eandē habēt virtutem. ponunt in antidotario. Gal. In vngento citrino qd̄ interpretat̄ vngentū de citro. Anthora est herba sic dicta quasi contra thorā. que thora est satis venenosa. & dicit̄ anthora ab anthi qd̄ est cōtra & thora. vnde anthora .i. contra thoram. Vnde notandū ꝙ anthora & thora sunt due herbe que oriunt̄ in vna pte simul et habēt folia quasi folia violarum: sed magis rotunda & modicū incisa: & flores sunt eis sicut flores panis porcini: nisi q2 thora facit eos bene violaceos. s3 anthora facit eos subrubeos. vna earum est interficiēs .s. thora. alia aūt est sanans .s. anthora ꝓ quibus. l. l. thora.

Anthali .i. coloquintida.

Antrakes .i. carbones incensi.

Anthrax .i. carbunculꝰ vel apā venenosum quod etiā dicitur bonum malanū. vel malum malanum.

Anthrakion .i. gēma carbunculus.

Anthrataos id ē. febris flegmatica peryodica

Antraphapheos .i. mandragora.

Anzarut vel anzarot .i. sarcocolla.

Anzharatha est instrumentum de vitro factū per qd̄ pueri attrahūt aquā: & violenter cū volūt expellūt ꝑ foramen.

Anzadarahec ē arbor folia habens lucida vt penna pauonis semper virens.

Anzarot .i. anzarut.

Anzarola quid est. l. l. caror.

Anech .i. vsnee.

Anegibus .i. camelus.

XLVI.

ANeisin arab. gre. vero & latine Anisum Dyas. cap. de aniso. Anisum feruentis est virtutis .s. ca. & sic. & nature mictualis. & scarotice .i. incensiue. Sera. li. aggre. ca. aneisin. auc. Dyas. Aneisin qd̄ de eo est recēs est bonum. habēs grossa grana plena. & nō excoriatur quando fricat̄ ex coriationibus similibꝰ furfuri: & hab3 odorē bonū fortem. Et illud qd̄ est ex insula cretensi est melius. Et post illud est babilonicum hyspanicū vero est deterius. Et quod ex planta eiꝰ est magis iuuatiuū est semē eiꝰ

Gal. vi. sim. phar. cap. de aniso. Sapor eius est acutus amarus modicū & virtus eius est que calefacit & desiccat in tercio gradu. ꝓpterea ergo & diureticū est. ventositates aūt que secundū ventrem sistit.

Auicē. li. ij. cap. de aniso. Anisū est semen feniculi romani acuitatis maioris ꝙ nabati: & ex eo meliꝰ est qd̄ est ponderosū. & est ca. & sic. in. iij. gradu. Posse. Dyas. Anisū q2 mictualis est virtutis hyctericis medet̄. siti3 tollit. bibitū venenis occurrit. inflationes amputat. ventrē stringit. menstruis impat. lac mulieribꝰ ꝓuocat & auget. bibitū venerē stimulat. fumigatione naribus adhibitū dolorē capitis tollit. Auriū dolorē cū oleo ro. adhibitū mitigat. ventositatē ventris tollit & dolorē. Optimū autē est creticū: deinde egiptiū: gallicū vero inertissimū. Paulus cap. de aniso. Contra liuorē ex pcussione conterat̄ ciminū & anisū. et incorporent̄ cū cera: & calidū supponat̄. Anisū similiter auget lac & sperma aperiendo meatꝰ & mundat humiditatē matricis. Almāsor tractatu tercio cap. de aniso. Anisum ca. est quod ventositatis dissolutiuū existēs epatis aperit oppilatōem: coeundi pterea voluntatē stimulat. Sera. li. aggre. au. Dyas. virtꝰ eius est desiccatiua. & calefactiua & expellit ventositates a corpore & sedat dolorē. et ꝓuocat vrinā. & sudorem. & confert hydropisi. & abscindit sitim que fit ab humoribꝰ salsis. qn̄ sumitur in potu. & est conueniens venenis & inflatōibus: & stringit ventrē. & abscindit humiditates albas a matrice fluentes. & ꝓuocat lac. & excitat libidinē. et qn̄ attrahit̄ odoratu fumigatio vaporis eiꝰ. sedat sodā. et quando terit̄ et miscet̄ cū oleo ro. et distillat̄ in aurē: curat qd̄ intra ipsam accidit ex casu aut pcussione. et sedat dolorē eius. Et idē auc. abugeri. apit oppilationē epatis. splenis. renū. et matricis. et mundificat vias que ab humoribꝰ oppilātur. et ꝓpter hoc confert febribꝰ antiqs. et habet in se acuitatē ꝓpinquam adustioni qua r̄soluit ventositates maxime cū ipm̄ assatur. Auic. Anisū est apperitiuū cū stipticitate pua. et est sedatiuū dolorum et resolutiuū ventositatū. et ꝓprie si assetur. et in ipso quidē est acuitas qua medicinis adurentibꝰ fit vicinū. Cōfert inflationi in facie et apatibus extremitatum. Si ex eo fiat vaporatio. et naribus eius vapor attrahatur. sedat sodam et vertiginē

Et si teratur & misceatᷣ cũ oleo ro· & di
stilletᷣ in aurē· sanat qđ accidit in interio
ri parte eiꝰ ex soda a cōpressione aut per
cussione: & dolores eius etiā· Et ꝯfert t se
bel antique· & ꝓuocat lac· & abscindit si
tim factā ex humiditatibꝰ baurachijs· &
confert oppilatōi epatis & splenis gene=
rate ex humiditatibꝰ· et ꝓuocat vrinam
& menstrua· & mundat matricē a fluxu
humiditatũ albaꝝ. & est motiuũ coytus
et quādoqꝫ ꝯstringit ventrē ·et adiuuat
ipsũ ad illud eiꝰ ꝓuocatio· et aperit oppi
lationes renũ ·et vesice· et matricis· Et cō
fert antique febri et expellit nocumentuꝫ
venenoꝝ et venenosoꝝ· loco ipsius poni
tur carui quantũ est ipsũ·

Aneisum idē quod supra·

Aneide ·i·anetũ·

Anemo anemonis i·papauer·

Anemul sunt ossa subtilia que sunt in ex
tremitatibus digitorũ·

Anemora ·i·sisimbriũ·

Anergil ·i·nux indica·

Anesis ·i·requies ab a qđ est
sine & nesos qđ est labor vl' morbꝰ: inde
anetica ·i· mitigatiua vel quieta·

Anesine ·i·thit·

Anes ·i·robilie· & est legumē

Anesi ·i·rose·

Anetica ·i·quieta vl' mitigatiā

Anetum ·i·absinthium dulce. & quid est
·l·l·vebet·

Anetum agreste ·i· meu.

Anethosasis ·i·aptio·

Aneusa ·i·lacca·

Anceto ·i·sarcocolla·

Andecocha ·i·saturegia·

Anfeacalferas ·i·coagulũ caballinũ ·

Anfeagidi ·i·coagulũ cerunũ·

Ange ·i·cardus·

Angeris ·i·electuaria stomacho
conuenientia·

Angedis ·i·terrestris.

Annemula ·i·matrisiluia.

Annestin ·i·flos prati·

Anse ·i·modus ligationis &
nodationis qui vulgariter dicitur asola
quasi nodus qui immediate cũ quis vult
soluitur·

Ansea ·i·liliũ·

Antera ·i·semen rose: & est il=
lud quod remanet đ rosa· & rubet· & ma
turescit: quod autem est intus·s·semē la=
nuginosũ est antera· licet cōmuniter tene
atur ꝙ antera sint pipuli rosarũ·

Anteflorum quid est·l·l·enanctum·

Antericon ·i·flos affodilli·

Anterion idem quod supra·

Antereon est pars gutturis sub mento·

Anichmos ·i.succus·

Anigalien ·i·arbor gũmi arabici·

Anil ·i·indicum·

Animeos ·i·gũmi arabicũ.

Animon vel anemoa ·i·papauer·

Aniotos ·i·incurabilis·

Anissi ·i·serpens·

Anisũ cininũ dulce· semen feniculi roma=
ni idem. pro quo ·l.l·aneisin·

Antilops ·i·apā lacrimalis·

Anchiani ·i·castoreum·

Anchili ·i·flos·

Angitis est quedam species spice nardi·

Angina est apā quod nascitur sub fauci
bus· & dicitur ab ango gis· qui morbus
maxime porcis accidit: quādoqꝫ et hoībꝰ

Angimonia ·i·sarcocolla

Anlicetati ·i·anisum

Anmitos ·i·febris flegmatica·

Annia ·i·priuatio anhelitus·

Anquinopa ·i·ferox

Anrioch id est· plumbum·

Anzicus herba falios falcios· flos sambu
ci idem·

Ansioma ·i·sinopida·

Antimonium quid est·l·l·aitruad·

Antille est quidam lapis·

Antipasis ·i.contraria detractio
methasinthosis linearis·

Antias ·i·tumor durus·

Antiloblefarus ·id est· cum palpebre siml'
casu conglutinantur·

Antistrum est instrumentum cyrurgici si
cut vncinus.

Antimonis ·i·antimonium·

Antiqui ·i.ostrea·

Anti grece preposítio ·i· contra· vt anti=
xp̄s ·i· contra xp̄m· antipapā ·i· ꝯtra papā
antidotum ·i· contra datum: eo ꝙ contra
passiones datur,

Antichisis ·i· limacia·

Antidotum quid est·l·l·anti·

Antifaate ·i·corallus·

Antin algin ·i·testiculus castorei ·

Antimion ·i·mandragora·

Antimon idem quod supra·

Antinus ·i·camomilla vel
gamilla vel cameleon·l·l·bebonig·

Antinops ·i·egilops· & est collectio cir=
ca angulum maiorem oculi·

Antidasis ·i·emach·

Antion est planta vnde colligitur lauda num. & est species rose canine. vt dyasc. cap. scissos.
Antipasis. .i. ad diusa attractõ
Antiparia dicitur id quod obtundit violentiam medicine alterius.
Antira. .i. antera.
Antifarmacum. .i. vincitoxicũ & est extra toxicum. herba est cuius folia sunt quasi folia persici. & stipes subtilis tendens ad colorem violaceum pro quo. l. l. vincitoxicum.
Antirina. id est. sauina vel bratheos.
Antispasis. id ē. contraria euersio humorum.
Anticar. id est. borax.
Anticrocũ. .i. flos albutij.
Antiocum. .i. flos sambuci.

XLVII

Antifilos vel antillis gre. arab. vsnen. latine salsola. et est herba de q̄ fit sal alkali. Dyasc. Duo sũt eius genera. vnum habet folia lenticulis similia. Alia habet folia similia camepithi. prima habet hastã altã duob⁹ palmis erectã cũ folijs mollib⁹. radix ē illi minor & tenuis. nascitur locis herbosis. & solaīs. gustu salsa. Secũda ē q̄ folia & hastas similes camepiti h3. sed asprora & minora. florem purpureũ & odorẽ graue. radix cicoree silis. Gal. vi. sim. phar. ca. antillis. Antillis duplex q̄dem ē. ambe tamē mediocrit̄ siccãt. vt et vlcera solident. Altera vero que camepiteos assimilatur. plus vtiq3 q̄ alia subtilium ptium est. vt epilenticis conferat. hec autē & abstersiuior q̄ altera est. Almãsor tractatu tercio cap. Vsnen ca. ē & sic. q̄ purgat et aperit oppilationem. carnemq3 corrodit superfluam. vniuersaliter autē omnium istarũ herbarũ bonũ habentium odorē q̄plures calide sunt. nisi ille ex q̄bus sentitur illud quod diximus. s. frigiditas manifesta. sicut sentitur in aqua rosata. et camfora atq3 sandalis.
Antispodia est cinis factus ex folijs stipticis. s. mirre oliuarũ et similiũ. et dicit̄ sic eo q̄ ponitur loco spodij. Dyasc. capi. de Antispodia dicit̄ eo q̄ p spodio mittatur. quia similis est virtutis. Et cõficitur sic. Accipe mirram immaturã cũ floribus et baccis immaturis. et mitte in cacabum nouũ crudũ. et cooperi ptusũ cooperculo. et mitte ī fornacē cacabũ. et assa q̄diu cacabus ipe pcoquatur. et iterũ cacabo crudo refunde & similiter coquẽ & eijce. & laua cinerẽ disciplina spodij. Et similiter de folijs oliue antispodiam facere potes. sed melius fit d̄ oleastro cũ flore suo. Multi vero citonia minutis p tibus incisa semine proiecto similiter cõficiunt. Siccamina multi in sole siccata sic conficiũt. Multi vero bussi folia & stinci & scini cum flore suo. aut caprifici folia sicca in sole similiter conficiũt. Alij vero taurocollã. aut lanas succidas ī tictas in pice liq̄da aut melle pburũt. silī disciplīa.
Anocazna. .i. cantabrũ. aliq̄ dicũt. q̄ est sisimbriũ. sed prima ē melior.
Anoch. .i. arthanithe.
Anodium. .id est. mitigatiuũ.
Anodozmon matricis. id est. ascensus matricis ad superiora.
Anodosis. .id est. distributio nutrimenti in membra.
Anodromũ. .i. recursor.
Anoen est proprium nomen loci.
Anolosoch ē nomē ponderis. & ē obul⁹.
Anoresia. .i. fastidiũ vel priuatio appetitus.
Anora. .i. calx.
Anore. .i. medicamē pilos auferens.
Anori est quedam species dactili.
Anostomasis. .i. ascensus matricis. ad superiora.
Anostris. .i. lupus.
Anostomizare. .i. aperire venas q̄ sunt in ano.
Antropa .i. cõuersio ventris sursum per vomitum.
Ancora. .i. spelta.
Ancoria. .i. vlc⁹ excoriatiuũ.
Andocore. .i. sulfurata.
Andoture. .i. mandragora
Androgines. .i. nimphea.
Androstica. Gal. vi. sim. phar. cap. androstica. Androstica q̄ & pitars & leuki & challasia vocatur. vt actis est herba potest autem desiccata & bibita (i pã vero nõ fructus ipsius) vrinas prouocare sufficienter. palam quoq3 q̄ etiam diaforare & siccare.
Androsemon vel asquiron vel ãdrosemi
Pli. cap. androsemon est herba similis ypericon cauliculis mollio rib⁹ et densio rib⁹ et magis rubentib⁹. folia alba rute figurã h3. semē papaueris magis silē. Comeci⁹ trite sãguineũ emittũt succũ. gignit̄ ī vineis. medio autũno fodit̄ et suspendit̄

Galienus vi. sim. phar. capitulo androsemi. Androsemi fruticosa planta duplex est natura. Alterum quidem alkita seu alkitaydes vocatū. alterꝝ autē quod a quibusdam dionisia nūcupatur. Posse. Gal. Fructus quidem eorū purgatiuus. frondiū vero virtꝰ siccatiua et abstersiua mediocriter. ꝙobrē et que sunt vsta igne sanāt. cocta vero in austero vino solidāt

Plinius. Fructus eius est vtilis ad purgandum aluum magnorum vlcerū quod eius vinum indicat.

Androfasis. .i. atriplex.
Angolus. .i. citrullus
Annoticum. .i. recorporatiuū.
Annosader. .i. sal armoniacū.
Annomen. .i. rosa canina.
Anstolocia. .i. cappinus arbor.
Antofali sunt gariofali grossi & tuberosi. & dicuntur antofali .i. ante nati. sicut columbria ante ficus.
Anthora quid est. l. l. thora.
Antopirus panis. id est. fermentatꝰ. & est contrarius opiro.
Anthos. idē quod supra. & est flos omnis. sed ponitur cōmuniter ꝓ flore rorismarini.
Anthorismata. .i. tumores.
Antropomorfon. .i. mandragora.
Antrosia est quedam egritudo que dicitꝰ atrofia.
Antromata. .i. alba apata.
Anubel. .i. iuiube.
Anuen. .i. color qui fit ex sanguine cochilij. sed falso. quoniam est color qui fit ex cocco.

·XLVIII

Anuiden ara. vel heltif. grece. lasar vel silfiū. vel silfasilfium. latine vero genus ferule. cuius gūmi est asa fetida. Sciendum qd̉ asa est gūmi quoddā quod vocatur asa. & huiꝰ quedam est odorifera. quedaꝫ fetida. Et dicitur odorifera. quia ꝑuū habet fetorē vl' paruū odorē. Et dicitur fetida. quia ꝑ excellentiam habet fetorem. & est gūmi herbe anuiden. & est habens vehementeꝫ igneitatem. sed asa odorifera fit ex succo ipsius herbe. habēs aliqualē odorē herbe predicte. Sera. li. aggre cap. anuiden Anuiden .i. planta cuius gūmi est althit .i. asa fetida. radix eius dicitur maharoth planta eius habet stipiteꝫ qui dicitur mastates. & est similis ferule. & folia eius sunt similia folijs apij. & semen eiꝰ latū simile semini nigen mengitagas. Gali. viii. sim. phar. cap. de silfio. substātia eiꝰ est aerea. & virtus gūmi eius quod ē asa & virtus ramorꝝ et radicum et floris eiꝰ est que calefacit calefactione forti. & est ca. & sic. in. iii. gradu. et illud quod est ē ipso maioris saporis ē gūmi. & ipa plāta ē calidior et subtilior aliarū plātarꝝ oim. Et propter hoc ē magis resolutiua. et ita lac aliarū arborū omniū. et est in fine caliditatis. et est substātie venenose. nisi qꝛ est plꝰ in ea substātia ignea aerea. Et idē secundū aliā translatōnē silfij calidissimꝰ qdē opos. ꝗnimo folia et stipes et radix calefacit generose. sunt auteꝫ vētosioris substantie omnia. et secūdū hoc difficile digestibilia. extrorsū tamē corpori apposita operatiora sunt. et maxime omnium opos attractie sufficiēter existēs vtutis et consumere carnem et destruere habet propter predictam eius complexionem.

Dyas. cap. silfium. Silfium omibus est notum cuius lacrimum lasar nominatur. acriter calefaciens et vesicam ledens. sed ventrē purgans. hec autē herba calefacit fortiter. inflamatiua ē eius virtus oino. Nascitur in siria. et armenia et libia. cuiꝰ virga speon siue spletē vocatur que silis est ferule. folia habens silia apio. et semē latum. Et idem cap. lasar. Lasar. i. asa fetida lacrimū herbe est que silfer appellatur. que in multis locis in similitudinem ferule crescit. folia habēs circa se maiora ꝙ apiuꝫ. sed semen simile est ei. Est autē optimū lasar qd̉ cirinaicū dicitꝰ subrufum et perlucidum. et intus exalbiduꝫ. odore viscido. et ꝙ humore cito resoluitur. et in gustu statim humorē prouocat. vires habet acerrimas. Vnde cū magnis vexationibus calefacit et relaxat. Adulteratꝰ autem dū viridis est succꝰ cū serapio et fabe farina quod facile comprehenditur gustu odore et visu. Solutōne in omibꝰ medicinis vsui succus necessariꝰ ē. virtus ē illi viscida inflans stomachū. Aui. li. secundo capitu. de asa. Asa est duarum specierū quarum vna est fetida. et altera odorifera. non fortē habens odorem. sed calidior earum est fetida. et est herba vehementis igneitatis in se tota. et plurimū quidem huius speciei est cirinense. et est gūma almaroch. Est ca. in prio. sic. in. ij.

Posse. Dyas. cap. silfium. Virtus eiꝰ radicis ē termātica et exarātica. stōachū inflat. ructuatōeꝫ ꝓuocat. idigestibil' ē.

& vesice ꝯtraria accepta· cerotis mixta
& īposita pustulas et scrofas ſpgit· oleo
addito liuores corporis limpidat· oleo ci
prino vel yrino addita sciaticis frigidum
humorem siccat· in aceto cocta et catha
plasmatibus imposita ani causas ꝯpescit
bibita venenis occurrit· eustōaca ē· mixta
semībus et nobilib⁹ oxigaris sale addito
comeditur· virga eius diuisa lacrimū qđ
ex se dimiserit necessarie colligitur· quod
lasar dicitur· id est· asa fetida· Et idē ca·
lasar vino additū alopitias emēdat· meli⁹
id agēs si piper et acetū acceperit· suffu
siones oculorum in initio detergit· melle
caligines oculorū limpidat· pertusoruz
dentium dolorē mitigat cū thure mixtuz
et ore retentum similiter prestat· posituz
super morsum rabidi canis curat· venenīs
acceptis facit· nitro rute et melli additum
carbūculis singulare presidiu ē· duricies
vulneꝝ soluit· clauos tollit· caricis additis
et cerotis omnia superiora facere potest
aceto mixtuz zernas tollit· et polippum
et crescentes in naribus carnes· flori eris
aut erugini campane additū omīa sil'iter
facere nouit· Sarcocolle additū et īposi-
tum oxichatba curat· asperedines fauciuz
et vocis limpidat maxīe cū aqua et melle
perpendentē vucā suspēdit· gargarismo
cū mulsa frequēter sūptū colorē lipiduz
facit· in ouo sorbili tussientibus prodest
pleureticis et ydropicis cuz caricis siccis
auxiliatur· Cum pipere et ruta bibitur
addito vino et typicos frigores excludit
tetaīcis et spleneticis et opistotoīcis pon
dere vncis vnius additū cere et glutitum
medetur· sanguissugas bibitas aceto mi
xtum excludit· Coagulatū lac stomacho
soluit· Asperitatē arterie ꝑ cataꝝ lōgi
tēporis vel vocē amputatā curat· Epilē
ticis cū pusca bibitū medicatur· cū mirra
& pipere bibitū mēstruis imperat· vētrē
mollit· & de alto cadentibus opitulatur·
oxigarijs miscetur· amigdalis amaris &
ruce mixtū ī oībus causis nccrie ꝯmedit̄
cū ficu atqꝫ ysopo decoctū et collutōni
oris adhibitum erosos dētes medetur·

Aui· Asa disrūpit vētositates· et effu
gat eas ꝓpter resolutōz suā· & ē cū hoc
īflatiua & īcidit & resoluit sangnē ꝯge-
latū ī vētre· ꝯfert alopitie illinita cū ace-
to & pipe· Et qn̄ administrat̄ ī cibarijs fac̄
bonū colorē. & abscindit verucas q̄ sūt
vt claui· Et cū īcidunt̄ apata fraudulēta
mortificantia mēbrum· si ponat̄ asa sup

ea ꝯfert· Et est bona in cura dubellet ap
parentiū & occultoꝝ· cōfert empetigini
qn̄ bibit̄ cū aqua granatoꝝ· ꝯfert ꝯtritōi
lacertoꝝ· & ꝯfert dolori neruoꝝ sic teta
no et paralisi si accipiat̄ ex ea aurens· et
misceat̄ scđm ꝙ dicit̄ cū cera et deglutia-
tur. aut si bibat̄ cū vino pipe et mēta· Et
implentur ea mole in ore & commiscetur
cū thure· & poītur super dentē· et efficit
operationē peonie in epilensia· Et cuz ex
ea fit gargarismus eradicat sanguissugas
gutturi ānexas. Et est bona ī initio aque
alcohol facto ex ea. & cum melle· & cum
dissoluitur ī aqua· & fit ex eo gargariza-
tio· et sorbetur· clarificat vocē statim· &
cōfert aspitati gutturis· Et si sorbeatur
cum ouis confert tussi antique et pleuresi
frigide· et efficit operationē fenugreci in
apate vuule· Et si administratur cum si-
cubus siccis confert ycteri cie· & ipsa q̄-
dē ē ex eis que nocent stomacho & epati
Et confert emoroidibus· & in coitu for-
titudinem prebet & prouocat menstrua
& vrinā· & ꝯfert dolori vētris pūgitiuo
& vlceribus intestinorū· Et gali· quidez
extimauit in ipsa esse virtutē solutiuam
parumper cū stipticitate sua· sed scitum
est apud omnes. ꝙ ipsa confert solutōni
antique frigide. Et est bona· febri q̄rtane
Et ponitur super morsum canis rabiosi
et vermiū venenosorū· et rutele. et ꝯfert
omnibus illis bibita et linita cuz oleo· et
expellit nocumētū sagitte venenose· Sed
loco fetide equale pondus ipsius de odo
rifera et pōdus semis de serapio tātūdē
de anaroch· et medietas ponderis eius de
gūma rute·   Sera· auc· dyascor· Radix
hui⁹ arboris ē desiccatiua difficilis dige
stōis· et ē nociua vesice. quādo miscetur
cū ceroto resoluit scrophulas· et exit̄as
Et quando fit ex ea emplastrū cum oleo
aufert liuorē qui fit sub oculo · et quādo
coquitur in aceto et cortice granati· et fit
inde emplastrum curat emoroidas ani ·
Et quādo bibitur cū tiriaca · ē medicamē
mortiferoꝝ et venenorū· Et ipsa ꝑpara
tur et comeditur· s· cuz semminibus et sale
et est bona stomacho· sine his autez est in
flatiua· et facit ructuare· Et homīes scin
dūt stipitem et radicem· et egreditur īde
lacrimus qui colligitur et siccatur· et est
illud quod dicitur asa. Et melior ex asa ē
illa que vergit ad rubedinem· et est clara
similis mirre habens bonū odorē nō sil'ez
odori porri nec odorē horribilem subito

et q̄ndo teritur et infũditur cito resolui
tur ·et quando tenetur in ore prouocat
saliuam cito· fortius autē qđ in tota hac
planta est·est gũmi·et post illud ē foliuz
et post illud ē stipes·gũmi aũt est acutũ
inflatiuuz· qđ quando miscetur cũ aceto
vino et pipere·et poĩtur super alopitiaz
curat eam· Alia autem que dicit serapiõ
sunt hic posita secundũ mētē dyas.gali ·
et auicē·quare pro nũc transeo·

Anuiden romanũ. ·i·siseleos·
Anchusal· id est·aec·
Anchusa· id est·lactuca asini
Anguarte· id est·sarcocolla·
Angulus· id est·citrullus·
Apalos· id ē·mollis vel sine
pelle·inde dicũtur oua apala i·sine testa
inde et apala sarcos·i·mollis caro·ab a·
quod est sine·et sarcos quod est caro·
Apartias· id est·serpens·
Aparme· id est·lapago·
Apartias· ·i·vētus septētrio·
Appalosarton.i·hñs glaucos oculos·
Apta·i·putredo vl' vlcera mala vl' alcola
Aptha· idem quod supra·
Apella· id est·sine pelle·
Apentisemenon· id est·intestinum.
Apepsia·i·indigestio vel mordicatio·
Aperificis est species titimalli·

XLIX·

Aplenon vel aplĩniũ grece·sple
mon aut scolopendrion· arab.
vo & latine ceterach· Dya
scorides cap.aplenon· Aplenon folia ha
bet scolopēdrie venenose similia·Nasciē
locis saxosis vel parietibus ex lapide fa-
bricatis·folia ei9 sũt multa ex vna radice
ascendentia·diuisa sicut polipodiũ subt9
rufa & aspera & superuiridia· Est vero
sine hasta·sine flore·& sine semĩe Gal·
vi·sim.phar·cap· Aplĩniuz subtiliũ ptiũ
quidē nõ tamen ca·virtutis est herba·

Posse· Dyascor· Folia eius elixa cum
aceto & bibita· xxx.diebus splenē siccant
Itē folia ipsius vino addito vt cathaplas
ma imposita·spleni singulare presidiũ est
ysopi folia cũ aplenõ folijs trita cũ leuis
sima vini bibitione splenem consumunt .
strãguirijs & subglutõnibus et ycteris
prodest·bibita calculos frangit·dicitur ꝙ
sola cũ splene mule collo suspēsa mulierē
generare non sinit·sane nocte suspēdēda
est· et obseruandũ ne luceat luna·aut de
die suspende·& si homo ꝓ muliere eãdez
foderit. & assit ali9 qui dicat inde fodite
vt illa non generet·etiam hoc dicitur ꝓ
desse· Gal· Aplĩniũ lapidē frangit· &
splenem subtiliat vel attenuat·

Apia· ·i·mala valde dulcia
Apiaster· ·i·apium risus·
Apĩalfac· ·i·laieralmanam·
Apiretios·i·sine febre vel sine feruore·
Apiscon· ·i·aristologia·
Apiumtanum· ·i·zizania·

·L·

Apium latine·grece selĩnum a
rabice vero kaspar vel karfs·
Apij plures sũt species· Nam
ē apiũ domesticũ vel ortĩnũ· Et est apiũ
raninũ siue apiũ risus· Et ē apiũ emoroi
daꝝ·et ē apiũ quod dicitur cerefoliũ·Et
est apiuz campestre· & est apiũ hispanũ
Et est apium persicũ· et est apiũ agreste
Et est apium montanũ·et est apiũ aq̃ticũ
Et est apium rusticũ. & est apium quod
dicitur regalia. Apiuz domesticũ omib9
notum quod dyas·vocat ortinum·qđ ca·
est in principio.iii·gradus·sic· in medio
eiusdem·cuius semen est maioris efficacie
secundario radix·tercio herba·Cum aũt
in medicina receptio apij simpliciter in-
uenitur·semē apponendũ est qđ a multis
selĩnum appellatur·licet tota herba sic vo
cetur· Apium ranĩnũ siue apiuz risus vo
catur a dyasco·botrachion vel natrachi-
on· Et dicitur apium raninum·quoniam
nascitur in gurgitibus in quibus degunt
rane·& ideo vocatur natrachion· Nam
natragos grece·i·rana. et vocatur siliter
herba scelerata vl' paronichia vel vnguis
leprosus· Et dicitur apium risus quoniã
moritur ex eo homo ridendo Gal·viij·
sim·phar·cap·paronichia· Vocat apiũ ri
sus paronichiã dicens· Paronichia·i·vn-
guis lepsus·noĩata est sic ab actu·sanat
eñ paronichias·sicut ait dyas·virt9 autē
eius subtilium partiuz est· & siccatiua·et
non mordax·talia enim esse oportet pa-
ronichiarum pharmaca· palam autem est
quoniã hoc tale diaforare sufficiēs ē oms
passiones quecũqz diaforari egent ·talia
omia enim sunt quecunqz tercij gradus
existunt in calefaciendo & siccando sicut
in subtilis partis substantia· huiusmodi
apij sũt quattuor species·vt iquit dyas·
Vna est que folia habet coriandro simi
lia. sed latiora et alba et pinguiora·et flo
rem mellĩnum·et aliquantuluz purpureũ
virgam non longam·sed breuē. radicem
albam & non amarã fixam sicut ellebori·

Virtus ē ei⁹ viſcida et vulneratica· locis aquoſis naſcit̃· Scd̃a eſt longior iſ tyrſi et folijs hyrtis m̄l'tis locis īciſis guſtu acerrimis· hec multū in ſardinia naſcitur· quā ſardi apium agreſte dicunt. huic virt⁹ ē viſcida valde· Tercia ſpecies ē folia hn̄s puiſſima vel breuiſſima tetri odoris atq3 incendioſa cum floribus auroſis· Quarta ſpecies botrachion qd̓ ſtaticem dicitur naſcit̃ locis ſabuloſis et campis arenoſis florem habens lacteū· radix eius eſt articulo ſimilis que radiculas paucas & tenuiſſimas hab3· Gal· vi· ſim· phar· ca· botrachion· Botrachion ſiue apiū riſus vel herba ſelerata quattuor quidē habet ſecūdū ſpeciem differētias· omnes tamen acres vehemētis potentie ſūt vt vlcerēt cū dolore· Ca· & ſic eſt vehemēter radix & ſimiliter tota herba· Apiū emoroidarū̄ ē cū folijs guttaticis guttis q̄i ſanguinis melācolici· Apium qd̓ dicitur cerefoliū̄ habet folia minuta ſicut folia fumi terre ſed minutiora· vnde cerefolium ē ſpecies apij. vt yſaac in dietis particularib⁹ ca· de apio· Gal· vi· ſim· phar· ca. de cerofolio· Gingidiū vel cerefoliū ſic̄ in guſtu pticeps eſt amaritudinis & ſtipticitatis· ſic ī complexione caliditatis & ſiccitatis eſt particeps· Eſt autē ſiccatiuū ſecūdū̄ vtraſq3 q̄litates· nec cacoſtomaticū ē· eo q̄ nō paucā ſtipticitatē ſortitū eſt· caliditatē quidē non minus manifeſtā poſſidet ſiccat autē ſecundū ſecundā abſtantiam· Apiū campeſtre· i· agreſte vel yposelinū̄ & eſt olixantrum vel alexandrū̄· radix eſt illi groſſa & alba et mollis & odorata· folia habens rotūda & viridia in capite plenū eſt flore· que capita clauſa ſunt in quibus ſemen eſt viride & oblongum· & viſcidum aromatis habens odorē· euſtomaca eſt· Naſcitur locis vmbroſis & in ortis & humidis locis. hec herba eſt cibis apta cruda & cocta comedit̃ ſicut apiū̄ Gal· viii· ſim· phar· ca· ſinirinū· Sminirinum alij ſelinum equinum vel ſilueſtre· Alij vero alexandrinū nominãt ex eodem genere eſt· & hoc cū ſelino et petroſelio macedonico· & erit quidem ſelino forti⁹ petroſelino vero debilius· menſtruorum vtiq3 ductiuū eſt· & vrinatiuū· & eſt ca· & ſic. in· iii· gradu· qd̓ vero ī ſicilia petroſelinū nominãt· et in amano fiens ē eqdē̄ & id ſinirinū. minus vero ē acre petroſelino et ſinirino· & ꝓpterea in vulneribus apponi poteſt in eo q̄ ſiccat & incarnat· ac per hoc diaforeticū eſt induratorum· Alia vero virtus eſt ſimilis ſelino & petroſelino· quocirca et ſemine eius vtimur ad mēſtrua et vrinas et aſmata· Dyaſ· ca· ſinirinon· Sinirinon· i· alexandrū̄ herba eſt apio ſimilis· ſed folia habet latiora et ſubrufa. et quaſi pinguia et ſuauiter olentia· Et ramulos et capitellum vt aneti· ſemen rotundū· et nigrum et radicē̄ lenē̄ et mollem et ſuccoſam· odorē ſuauē cū̄ cortice nigro· intus viridis aut exalbida· Nam herba guſtu amariſſima eſt· vires habet acres et ſudorē prouocātes· eſt enim valde ca· et ſic· Apium hiſpanum idē eſt quod campeſtre· Apium perſicū idē eſt ſimiliter quod campeſtre· Apiū̄ agreſte id eſt· apium campeſtre· Apiū montanū ·i· petroſelinū agreſte· et eſt petroſelinū macedonicū vel ſynonū· quod naſcitur in macedonia ī criptis et ī ſpelūcis· ſemē eius eſt minutum ſimile apio et ameos odoratum et viſcidum et aromaticū· vt⁹ ē illi diuretica· Pli· cap. de petroſelio macedonico· Petroſelinū macedonicum naſcitur circa petras· et eſt optimū macedonicum quod ē odoratū et ſubdulce eſt autem diureticū valde· Caſſi⁹ felix cap· de macedonico· Petroſelinum macedonicum ſic eſt vocatum· eo q̄ ſit ſimile apio· naſcitur in petris montibus et rupibus· qd̓ nos petrapiū dicē ꝯſueuim⁹. et ī lingua latīa vocat̃ petroſelinū agreſte· et alio noīe dicit̃ ſinonū· Vñ aliq̄ ponūt alexandrinū ꝓ macedonico ipo carētes· qm̄ ſūt eiuſdē virtutiſ· S3 notandū q̄ quādo ponitur ī deſcriptionibus apiū ſiluaticū debet intelligi illud quod fortius opatur huiuſmodi ē apiū riſus· Gal· viii· ſim· phar· ca· de ſinono· vel de petroſelio macedonico· Sinonū ca· et ſubamarum eſt guſtu· Apiū aquaticū eſt ſenation quem multi criſſonem vocant· naſcitur in aqua fruticem habens pinguem et ramulos lō gos et folia minuta ſimilia yposelino· que cum maſticata fuerint· odorem ſuauē habent· Apium ruſticū· id eſt· ambroſia ꝓ quo· l· l ambroſia· Apium quod dicitur regalia· habet virgā ſimilē apij cū multis ramulis· et folia latiora que declinãt v'i⁹ terram· et ſunt declinantia ad rubedinem et habet coronam ſimilem corone aneti et folia eius ſimilãtur folijs alexādrini· et oritur in locis humidis· Sera· li· agg· cap· kaſpar ſiue karfs· i· apium. Sunt ei⁹ quiq3 ſpecies· eſt enim domeſticū· et eſt

notū omnibus· Et alia ſpecies q̄ dicitur
aſalis·et eſt apiū quod naſcitur in aquis
et in locis humidis·et eſt maius apio do
meſtico.ſed virtus eius ē ſicut virtꝰ illiꝰ
Eſt alia ſpecies apij que dicitur ſalis et ē
apium orientale· vel montanum ·nā eſt
maiꝰ domeſtico apio· et color eiꝰ vergit
ad albedinem ·habet virgam concauā et
longam ·in qua ſunt velut litere·et folia
latiora folijs domeſtici cū viriditate de=
clinante ad albedinē·et habet comas ſil'es
comis herbe· que dicitur linoſiſtis· vel li
nogitis et habet multa capitella a quibꝰ
egreditur flos & ſemen nigrum longū
acuti ſaporis & odoriferū·et habꝫ radicē
albā & odoriferā quando guſtatur nō
groſſam ·naſcitur in locis vmbroſis &
humidis· iſta planta adminiſtratur in ci=
bo·ſicut apiū domeſticū cruda et cocta
et radix comeditꝰ· et coquūtur folia eius
et ſumitates ramorū eorū et comedūtur
Et aliquando comeduntur cum piſcibus
et condiuntur cruda cū ſale·et admiſtrā
tur ſicut alia olera· Et alia ſpecies ē que
vocatur ataſelmū. Et alia que vocatur
yposelmum ·et ſunt ſpecies ſimiles apio
cōmuni in virtute·niſi ꝙ illud quod dicitꝰ
ataſelmum eſt debilius eo·et operatur ad
illud quod dicitur yposelmum· quod eſt
fortius eo·Et yposelmi ſemen quando bi
bitur cū oximelle aut cū vino prouocat
vrinam et menſtrua·Et quando ſumitur
per os·aut fit ex eo inunctio·calefacit in
frigidatos. et confert diſtillationi vrine·
Et radix eius ſimiliter facit hoc ·et q̄ndo
ſemen eius datur in potu cū vino cōfert
puncture ſcorpionis et morſui canis·Et
q̄ndo radix eius coqͥtur in vino· & ſumi
tur in potu frāgit lapidē & expellit cum
vrina·& ꝯfert dolori laterꝝ et lūborū·Et
quādo teritꝰ & extrahitur ſuccus eius ·&
ſumitꝰ in potu aut linitꝰ ex eo corpꝰ·calefa
cit ipm & expellit etiā frigꝰ·Et montanū
etiā facit hoc ·Cuiꝰ tres ſūt ſpecies· Et
vna ſpēs ex eis ē· que vocatꝰ oreoſelmū·
& eſt planta habēs virgā longā vniꝰ pal
mi aut circa hoc q̄ egreditꝰ a radice vna
ſubtili a q̄ plures pue vge egrediuntꝰ et
a virga ramuli plures ſup quos ſūt capi-
tella ſil'ia come·niſi qꝛ ſūt miora ſatis &
rotūda·et ē ſemē longū·aliq̄n ſubtile eſt
acuti ſaporis et boī odoris ſil'is odori ci
mini· & naſcitꝰ ī locis mōtuoſꝭ·Virtꝰ eiꝰ
ē ſil'is v̓tuti apij domeſtici·n̄ qꝛ ē fortior
& v̓tꝰ ſemīs et radicis eiꝰ ē ca·et n̄ optꝫ
ꝙ putetur·quāuis nominetur oreoſelmū
ꝙ non naſcatꝰ niſi in montibus:ſimiliter
etiā illud quod dicitur petroſelmū cum
nominetur hoc nomine ·quia nō oportet
ꝙ putetur ꝙ non naſcatur niſi in petris
ſed iſtud petroſelmū naſcitur in petro=
ſis locis et in rupibꝰ·et habet ſemē ſicut
ameos· niſi quia habet meliorē odorē ·et
acutiorem ſaporem·et eſt aromaticū ali=
quantulum·Et melius quod eſt ex eo eſt
ſemen· et eſt acutum amarū. Eſt et alia
ſpecies apij que dicitꝰ ſarmocidon·et ha=
bet virgā ſimilē apij cū ramulis multis
et folia latiora folijs apij·et quod ē ex fo
lijs declinat verſus terrā cū vertitur ad
exteriora·et ſunt declinātia ad rubedinē
et in eis eſt humiditas pauca que adheret
manui habentia odorem cum acuitate·et
ſapor eorū eſt ſicut ſapor alteriꝰ ſpeciei
et ſuper ſumitates ramulorum eorū eſt
corona ſimilis corone aneti·et habꝫ ſemē
rotundū ſimile ſemī cauliū nigri coloris
et acuti ſaporis.et odor eius ē ſicut odor
mirre·et radix ē mollis ſaporis et odoris
boni.cuius cortex eſt niger·interiꝰ vero
viridis ad albedinē vergens· naſcitur in
locis petroſis·Et idē auc·gali·hec plan
ta eſt media īter plantā apij domeſtici et
plantā apij montani·Virtus eius eſt for
tior virtute apij domeſtici et debilior v̓
tute apij mōtani.calefacit et deſiccat in
tercō gradu· Iſta eſt planta q̄ vocatꝰ lati
ne regalia· Poſſe · Apium domeſticū
prouocat vrinā et menſtrua·et reſol uit
vētoſitates·et ꝓprie ſemē eius·ſuccꝰ eius
in quo ſaxifragia decocta fuerit ſtrāgui
rioſis et diſſurioſis ſubueit· vel ſaxifragia
g̃na ſolis filipēdula et lapis lincis coq̈n
tur ī ſucco apij·et in colatura addito ʒuc
caro fiat ſyrupus·q̄ mane detꝰ cū calida·
Succus apij agreſtis vel acetum et oleū
violatum vel roſatum miſceantur et bul
liant in vaſe vitreo ad ignem·et cum tali
oleo calido caput patiētis īungatꝰ·valet
contra litargiam et freneſim· priꝰ capite
raſo·Succꝰ decoctionis apij et tamariſci
ſplenis et epatis oppilatōꝝ ſoluit·et duri
ciem·ſed proprie ſplenis· Aliud ſumatur
decoctio radicis apij feniculi ·petroſeli
ni·fiat ſyrupus contra yctericiā ex ſucco
apij et ſcariolarū.et detꝰ cū calida.Cōtra
ydropiſim radix apij et feniculi bulliat ī
ſucco fumi t̓re et in aq̄ decoctōis addito
ʒuccaro fiat ſyrupꝰ.miro modo cōſumit
flegma·fiant etiam iſti leucoflegmaticis

et yposartica laborantibus· Recipe succi
apij librā·j·succi scariolaꝝ librā·ʒ.masti
cis.ʒ·i·facta decoctōne coletur postmo
dum addito zuccaro fiat syrupus· in fine
decoctionis addātur pulueris esule·ʒ·ij·
et pulueris reubarbari·ʒ·ʒ·mane cū cali
da exhibeatᷣ.contra amphimerinā p̄cedat
purgatio·deinde coquatur agaricus cuꝫ
succo apij in pomo coloquintide ·vel in
malo terre vacuato·seu cauato ·et deco
ctio talis detur quotidie patienti· Nota
ꝙ apiuꝫ nocet pregnantibꝰ·quia virtute
sua dissoluit retinacula fetus· Epilēticis
similiter obest·quia dissoluit et ꝯfortat
materiaꝫ ad actionē et mouet ad supiora
Nocet similiter pueris ꝓpter humidita
tū abundantiā et virtutū debilitationeꝫ
et meatuuꝫ constrictioneꝫ· Dyasco·
Apium risus vulneribus cū axungia sine
sale impositum putredines vel sordes ex
purgat· sed non diutius in loco stet ne
carnem sanaꝫ vlceret·hec ē que scelerata
dicitur .que cū fimo porcino trita et im
posita furūculos vel apāta infra paucas
horas aperit. Apium risus faciens floreꝫ
lacteū vngues lepsos extollit·acoras ex
purgat·stigmata tollit·alopitijs medetᷣ·
Elixatura eiꝰ adhibita fomēto pmonibꝰ
opitulatᷣ·Radix eiꝰ sternutamēta ꝓuocat
sicca vero adhibita dentiū dolorē sensum
auferēdo tollit·Nā dens dolēs ex ipā ta
ctus nō alitᷣ.et eū frāgit q̄i cauteriū adhi
bitū eētᷣ.Folia v̊o eiꝰ cruda & cataplas=
mati īposita pustulatōꝫ faciūt absqꝫ esca
ra· Itē mirmiceas et acrocordies concisa
atqꝫ īposita excidendo radicitus aufert
vt non renascātur· mutat etiam alopitiā
sed detrahatᷣ prius ꝙ vlceret· Gal·vi·
sim·phar·ca·botrachiū·Moderate vtēti
bus scabies & lepras excoriat que mouet
& vngues lepsos· sed stigmata diaforat
& mirmiceas tollit·quinetiā alopitijs cō
fert modico tempore superpositū ·naꝫ si
diu extiterit nedū excoriatᷣ coriū·imo ad
uritᷣ·hec ergo oīa cime et folioꝝ viridiuꝫ
ipaꝝ plātaꝝ opa· Radix v̊o siccata ster
nutatiuū ē pharmacū siliter ceteris oībꝰ
q̄ violentᷣ siccāt· sꝫ etiā dolorē dentiū ad
iuuat ꝯstrīgendo ipos vehemēter·s· exiccā
do·Apiū emoroidarū in vino coctuꝫ ca=
thaplasmetur natibus.emoroidas īflatas
et flegmaticas excitat·Cauendū tamen ē
ne eis fluentibus hoc fiat·si sine fluxu cū
tumore & dolore & extēsione illaꝝ vēaꝝ
fuerit dolor mitigatur ·et tumorē siccat·

Et ob hoc apium emoroidarum dicitur·
Apiuꝫ quod dicitur cerofoliū vires habꝫ
igneas valde·curat cācros cū melle posi=
tū·bibitū cum vino sedet dolorē lateris·
Et cum mulsa bibitū noxia soluit pituite
coctum in oleo & inunctuꝫ valet contra
frigora febrientiuꝫ.tritum.et succus eius
cum aceto mixtus & potatus lumbricos
expellit·Item cum vino sumptū ꝓuocat
vrinaꝫ·et purgat menstrua· Et si de elixa
tura caput eius lauetur vel cum aceto in
ungatur valet contra tineā ·et cū cera v̊
ginea mixtū vl' cū axūgia veteri potidas
sanat.elixatᷣa eiꝰ vrinā ꝓuocat· Ysa·ī
dietis pticularibꝰ ī ca·d̊ apio· Cerofoliū
ca·ē in·iij·gradu·sic·in·ij·qd̊ potui datū
cuꝫ mellicrato vrinā & menstrua ꝓuocat
laterum dolorem renū atqꝫ vesice placat
ventris tortionem de grossa ventositate
mitigat stomachi etiam ·ventositatem &
omnium viscerū dissoluit· et oppilatōnē
aperit·Apium campestre virtuteꝫ habet
in semine eius· talem ꝙ cum vino bibitū
menstruis imperat·frigoribus acceptuꝫ
medetur·& perunctū stranguirijs vtilis
est·Radix eiꝰ similiter oīa curat·scor=
pionum ictibus et morsui canis semē eiꝰ
cum vino datum occurrit·in mulsa deco
ctum atqꝫ potatum difficultatibꝰ vrine
medetur.tormenta ventris & ceteras in
testinorum querelas eodeꝫ modo sanat ·
Radix in vino decocta· calculos pellit·la
teris & lūboruꝫ doloribus eisdeꝫ positio
nibus succurrit·Apium montanū·i·pe=
troselinuꝫ macedonicū menstruis impat
inflatōnes stomachi et colli cōpescit cale
faciendo· & nimis siccando · tortionibus
subueīt·dolorē lateris mitigat· nefreticis
& vesice dolori subueīt·prouocat abun=
danter vrinam·maxime cum vino datuꝫ ·
vnde diureticis ātidotis miscetᷣ. Gal·
viij·sim·phar ·cap·de sinono vel petrose
lino macedonico· Simonū vrinatiuū est
digestiuum & menstruorū ꝓuocatiuum
& destructiuum omniū que secundū vi
scera obstructionē ·Apiū aquaticū valꝫ
ad multa ꝑ qua.l·l·herochaltayn ·Apiuꝫ
rusticum valet similiter ad multa ꝑ quo
l·l·ambrosia·Apiuꝫ quod dicitur regalia
est herba cuius succus īgreditur ī q̈dam
confectione ad scabiosa vlcera in antido
tario virili·succꝰ eiꝰ radicis cū aceto fri
catus valet contra scabiem· Dya·ca·
de apio.Oīes spēs apij mictualis sūt v̊
tutis·dōesticū v̊o vel ortiuū pani mixtū

& impositū tumorē oculorū spargit sil'r id facere potest·si polente mixtum cum cathaplasmatib9 additur·coctum ī aqua & bibitum estuationē stomachi cōpescit tumentibus mammis utiliter apponitur urinam prouocat·elixatura eius radicis bibita venenis occurrit·vomitū ꝓhibet vētrem stringit·semē ei9 plus diureticū est·morsibus venenatis occurrit·& eos qui bibunt spumam argenti medicatur· ventum & inflationes stomachi tollit· Antidotis anodinis necessarie miscetur & tiriacis·tussentibus prestat effectum· Et idem auto·galie·in li·de agricultura· Apiū excitat libidinem in viris & mulieribus·et propter hanc causā prohibetur nutricibus·quia prouocat libidinē et abscindit lac eap·Et ipm facit oris odorē bonū·q̄ꝓpter sumūt ipm ī cibo habentes fetorē oris maxime quādo volunt loqui cum principibus·Et idem autori·bachim ingeniosi medicine ponūt apiū ca·& sic· Et idē auc·humay ī li·d̾ tiriaca·Proprietas apij est mōtani ꝙ laxat vētrē ī colica Et idē auc·Aben Mesuay·Cōfert inflatōibus ventris·& aqua ei9 facit nauseā· & eius radix est fortior semine·& semen fortius est ꝙ folia·et ipm ē malū epileticis·Radices omniū conferunt stomacho
Apiumtanum· id est·zizania·

LI·

Appios·id ē·camebalanos·Et secundum quosdam dicitur rafanus agrestis·& dico secundū quosdā·quoniā secundum veritatem rafan9 agrestis est ille qui describitur in litera fmel· Dyas·cap·appios·Appios hastas habet duas vel tres viscosas & teneras & rufas·folia sūt ei rute silia oblōgā et viridia & pua·semen paruum cuius radix est affodillo simili s·sed obrotunda similis pile lacrimo plena deforis nigra intus alba·Radices eius due sunt super terram·que accepte vomitum faciunt·coleram & flegma excludunt·radices eius desubtus id faciunt·omnis vero tunsa et accepta omnia similiter facere nouit·lacrimū eius sic colliges·incide radices et ī aqua mitte quod supnatauerit cū penna collige sicca et repone· Posse· Dyas· Si obulorum semitriū modo datū potui ꝑ ventrem purgationē facit·herbe autē ipsius superiora vomitum faciunt·& inferiora ventrem purgant·
Appia· id est· petra·
Appida· idem quod supra·
Apocrusteca. id est·repercussiua· vel redarguentia·
Apochimatos· ·i·sordimen de naui intus rasum·
Apocopa· ·i·quedam figura q̄ tollit finem·
Apocraon· repercussiuum·
Apochon· idem quod supra·
Apodhia vocant̄ aues similes yrūdinib9 maioēs tamē plurimū volantes·sic dicte quia vsu pedum carent apud plures dardani vocantur vulgo·
Apodismon·id ē·ambulatō retrograda·
Apodelon· ·i·medulla ferule·
Apoforesi·i·larga sanguīs detractō·
Apoflematismus·id est·gargarism9 vel deductio flegmatis larga·
Apogeus·id est·locus subterraneus·
Apopia·id est·sine qualitate sensibili·
Apokinū· ·i·cinocraulia·
Apolinaris· ·i·mandragora·
Apolinarus· ·i·iusquiamus·
Apolaxamon·i·durā carnē habentes·

LII·

Apomel secundum Dyasco·cap·apomeli·Apomeli vel apomel quando fauum mellis in aqua frigida abluitur·illud mellitum dicitur apomel·Sed notandū est secūdū Dyas· ꝙ fauum mellis non asperum esse debet sed mellitum & non aquosū·multi vero & illud totū reponunt·verum omibus egrotantibus inutile est·quia cerā mixtā habet·quā notum est omibus contrariā esse intraneis·maxīe est eligendū mundū & dulce·& in odore non habens fetorē nec cere mixturā·& qd̾ non inflat ypocundria·nec turbat vrinam·hec omnia si sanus esse volueris obseruāda sunt ydromel habet ipsum mel compositū cū aqua frigida sine omni decoctione·nec habet certam proportionē mellis ad aquā·Mulsa vero fit ex·viii·ꝑtibus aque & nouē mellis despumati·et coq̄tur ad cōsūptionem tercie partis illius totius·si pl9 autē habet aque & mellis min9 dicitur mulsa aquosa·& ista vocatur aqua mellita que secundum maiorē et minorē quantitatem mellis dicitur aqua pl9 vel min9 mellita· si autē fiat equatio dicitur mulsa mellita Mellicratū idē est qd̾ mulsa aquosa quia in eo est pl9 aqua ꝙ mellis·vt ī alexādro de oculis·sed in secunda ꝑticula āphoris morꝝ pro mellicrato accipitur ydromel·

ne frumenti·et est alba: et non est sicut flos lapidis asij·neqʒ talis coloris·sed baurach spumosum nõ est sicut faria sed est coagulatũ & aggregatũ·& est illud quo vtũtur homines quotidie ad lauandũ sordes: & ad auferẽdũ pruritũ·et pꝰ ꝙ res est sicut diximus: ĩueniũt ipaʒ medici esse vnã ex medicinis resolutiuis·sʒ spume baurach virtus & natura est eadẽ quã habet baurach: nisi quia est subtilior & postꝙ diximus ꝙ natura baurach est media inter naturã baurach africe & naturam salis·& hoc quia in baurach africe est virtꝰ que abstergit solũ: & in sale est virtꝰ stiptica. & in baurach sunt iste due virtutes simul: nisi quia virtꝰ eius ẽ stiptica pauca: sed virtꝰ abstersiua ẽ multa·Et dixit ꝙ virtus baurach est media inter virtuteʒ baurach africe & salis·& quãdo cõburitᵉ est ꝓpinquius illi africe & hoc ideo qꝛ subtiliat·& ꝓpter hãc causam desiccat & resoluit·Et si sumitur dẽ eo aliquid ꝑ os incidit & subtiliat humores grossos plus ꝙ sal·sed baurach africe nõ vtimur interius nisi indigeamꝰ medicina forti: quia ipm̃ cõmouet nauseã et vomitũ·& nisi essʒ propter hoc daremꝰ ipm̃ in humoribꝰ grossis·Quidã vero vtũtur isto baurach africe in medicinis que danᵗᵉ illis qui sumpserũt fungos strãgulãtes·& curat eos statim·Sed & nos ad mistramꝰ baurach adustũ & nõ adustuʒ et maxime spumã eiꝰ in ista strãgulatõe & ista spuma noĩe greco & cõposito afronitrũ dicitᵉ·et est magis abstersiuũ ꝙ sal qꝛ nõ stipticat & sũt amara multum Et post hoc dixit ꝙ sal amarꝰ mediꝰ est inter salẽ duꝝ & afronitrũ bonum·eo ꝙ afronitri sũt spẽs·quia ex eo est durum grossum quod nõ dissoluitᵉ in aqua cito·& nõ est sermo mediꝰ hic in speciebꝰ illᵉ ex eo·sed sermo ille est mediꝰ in hoc ꝙ significat nomẽ suũ (volo dicere) spumã substãtie eiꝰ que est sicut spuma·qꝛ nitꝝ est sicut petra: & ista spuma est sicᵘ spũa in sup̱ficie existẽs·& ideo nitꝝ est minꝰ calidũ ꝙ afronitꝝ·& ꝓpter hanc causaʒ aufert carnẽ que crescit in vlceribꝰ: et destruit eam absqʒ nocumento aliquo·sed flos nitri et similiter ipm̃ nitꝝ vlceꝝ mordicat carnes·Et dicit cõsiderator horuʒ sermonũ quando diligẽter cõsideras sermonẽ gali·in·iiij·cap̃·de nitro & afronitro: & cõparas ipm̃ cũ sermone suo in.xi cap̃·baurach africe quod est spumosuʒ & baurach similiter·& aggregas operationes. ĩuenies pro certo ꝙ intellexit per baurach africe nitꝝ·et ꝑ baurach afronitꝝ spumã nitri·et dixit ꝙ afronitꝝ ẽ spuma nitri·& est baurach armenũ·sumitur ergo ꝑ hoc ꝙ baurach scᵈm Galie·ẽ baurach armenũ·Et pro certo scias ꝙ intellexit ꝑ baurach armenũ afronitꝝ·Cõburitᵉ nitꝝ sic. ponatᵉ in olla terrea & sepeliatur ĩ prunis·& dimittatᵉ donec calescat & postea auferatᵉ ab igne & reponatur & illud est quod vocatᵉ amentũ·Busca sꝫ libro qui dicitᵉ seruitor Sal nitꝝ comburitᵉ sicut sal· Posse·Sera·aut·dyas·Virtꝰ om̃is nitri est desiccatiua·& quãdo bibitᵉ ex eo incidit & subtiliat hũores grossos viscosos plꝰ ꝙ afronitꝝ·& datᵉ adustũ et nõ adustũ ad suffocatõem fũgoꝝ ꝑniciosoꝝ·Sed virtꝰ spume nitri q̃ dicitᵉ afronitrum est similis virtuti salis adusti·& adustio eius est sicut adustio illius: nisi ꝙ afronitꝝ valet plus sale in hoc ꝙ sedat torsiones vẽtris & miscetur cũ aliquibus vnguẽtis.& inungitᵉ ex eis patiẽs febres ꝑyodicas·& aufert rigoreʒ eaꝝ si fiat inunctio ante paroxismũ apudᵈ ignem·& ingreditᵉ etiã vnguẽta que fiũt ad scabiem vlcerosam et pruritũ & morpheam·Et quãdo afronitꝝ & spuma nitri quod est baurach armenũ dissoluitur in aqua aut vino: & distillatur in aurem sedat dolorem eius & ventositates que sunt in ea & sibilum·et confert humoribus fluentibus ad ea·et quando dissoluitur in aceto mundificat sordes que sunt in ea·et quando miscetur cum adipe anserino aut axungia porcina·curat morsus canis·et quando miscetur cum terbẽtina curat orificia furunculorũ·Et fit emplastrũ cum ea et ficubus super ventrem ydropici: et fit cũ eo et melle cohol acuẽs visũ·et quãdo bibitᵉ cũ aceto et aq̃ ꝯfert suffocatõi fũgoꝝ ꝑniciosoꝝ·et qñ bibitᵉ cũ aq̃ ꝯfert nocumẽto spẽꝝ cãtaridaꝝ: q̃ dicitᵉ buffrasitis·et sumitᵉ cũ anuiden et ꝯfert nocumẽto sãguĩs nariũ·et ꝯfert ad extenuãdũ·Et fit ẽplastꝝ ꝑalisi·et facit caput declinare ad posteriora·et torsionibꝰ neruoꝝ ꝯfert·et miscetᵉ cũ pusca et aq̃ et fit panis habẽti ꝑalisim lingue·

Bautia· id est·vitis alba·

Bautamia· id est·viticella·et ẽ idem quod supra·

Babathematicõ·i·succꝰ caulicᵈĩ agrestis

Babalanus mepsico· ·i·balanus repsico

Babebot est quedam auis calidior oibus auibus quā nō cognosco: faciens augmē tum in coitu.
Bablericum. ·i· bellirici
Babunagium ·i· ysopus
Babunegum ·i· camomilla
Bacanum ·i· rafanus
Baca. ·i· fructus lauri
Bacat· ·i· ponoꝰ.
Bacath. idem quod sup̄.
Bacca· ·i· bacha.
Bachantis quid est·l·l· hec
Bacha ·i· fructꝰ oliue vel lauri vel edere. & sunt fructꝰ vel grana rotunda.
Bachar sunt proprie bacce lauri.
Bachara. ·i· asarū.

LXXVI.

Bachaelh grece·latine luyula vł' pāis cuculi· Luyula herba ē acetosi saporis·foliū eius est ꝑuū & tripliciter diuisum: & in cacumine cuiuslibet ꝑtis est alia incisura· Semina eiꝰ sunt in vaginulis similibus corniculis· q̄ cum tāgunt̄ tempore maturatōnis. euolāt ab eis·semina similia andachuce tendentia ad rubedinē· & vocatur trifoliū acetosum·sicut appet in·l·andachucha· & tł'is est trifolium quod ponitur a damasceno in vnguento diafinicon· & vocat ipsum trifolium. Plinius capitulo bachael· Folia cime flores & fructꝰ sūt frigi· & sic· folia tamen sunt humidiora predictis· Fructus vel semina eius matura aliqualem habent dulcedinem.

Posse· Luyula medetur vlceribꝰ oris & fistulis·similatur in virtute acetose silvestri·est stiptica· consolidat vulnera & vlcera· Succus eius valet vlceribus oris antiquis· & alcole· & rob eius confert alcole. Plinius cap̄· bachaelh· Propter acetositatē existentē in ipso valet ad alcolam & alias egritudines oris.
Bacia. ·i· baucia.
Bactitura seu squama metallorum grece dicitur lepidos.
Bacora catona. ·i· psillium.
Bacora citona idem quod supra
Bacula· ·i· bacca
Bacuch marina· ·i· buthormarien·
Badahas est regio quedā
Badrabarac· ·i· resistētia venēo
Badhar· ·i· stercus animaliū
Babacha. ·i· cibus qui fit ex tritico: lacte: & zuccaro.

LXXVII.

Akade ara· vł' adria ochaxa: vł' scede· grece polion· latine vero poliū montanum· Polij diuersa sunt genera: sed montanum competit vsui medicine· Vnde cū simplicit̄ poliū inuenit̄ mōtanū debet ītelligi· cū flores ꝓducit colligat̄: p ānū seruat̄· virtutem hēt dissoluēdi & cōsumēdi: & hēt v'tutē diureticā ex subtili substātia Sera· li· aggre· ca· Bakade auct· dyasco· due sūt spēs: scʒ magnū & ꝑuū· ꝑuū est quo vtūtur medici· & est plāta subtilis paruum cuius longitudo est circa palmum· & ē plena semine· Magnū vero est super cuius summitatem est capitellum· Paruū rotundum simile capitello spine albe· odorem habet grauem cum pauca aromaticitate· & magnū est debilioris odoris.

Dyasc· cap̄· polion· Polion est montuosum & est alterum· Montuosum vero est quod nobis venit in vsum· frutex est alba & tenera folia habens· longa vnius cubiti· super quas virge sunt cum capitellis semine plenis· a quo lanicies exit alba & longa velut capilli· odorē habens cum suauitate Gali· viij· sim· phar· ca· de polio· Polium amarum gustantibus est & moderate acre· magis aūt virtuosum quod minꝰ est· hoc in antidotis vtūtur· etenim acrius & amarius est q̄ illud quod maius: sic ut ex tercio gradu sit siccatiuum· ex secundo vero iam completo calefactiuum. Posse· Vinū decoctionis eius et passularum valet contra frigiditatē pectoris· & vinum decoctōnis eius valet contra dolorē ex vētositate & oppilatōe splenis: & epatis & renum· et cōtra stranguiriā & dissuriā: & dolorē stomachi ex vētositate· Sera· Virtus eius scilicʒ polij est que abstergit: & proprie illud quod est minoris spēi: qn̄ desiccat̄ & incarnat & aperit oppilatōs membroꝝ ītrīsecoꝝ· & ꝓuocat vrinā & mēstrua· & curat vl'nera & vlcera maligna quando puluerizatur super ea· & ꝓprie quod est minoris speciei quando est siccū: sed maioris speciei quādo est recēs· incarnat vulnera magna & vlcera· Et qn̄ decoctio amboꝝ bibit̄ confert morsibus venenosis. & ydropisi: & hyctericie· & qn̄ bibit̄ cū aceto confert apātibꝰ splenis verū facit sodā· & est malum stomacho & relaxat ventrē· & ꝓuocat mēstrua Et qn̄ sternit̄ sub lecto· fugat aīalia uenēosa

Et quando fit emplaſtrū cū eo congluti nat vulnera humida· & ipm mundificat caput·et prouocat vrinā· et refrenat libi dinē Dyaſ· Elixatura eiꝰ morſibꝰ ve nenatis occurrit·ydropicis magnū pſidi um eſt aceto mixtū·ſpleni vtiliter adhi: betꝰ·dolorē capitis cōmouet·& cacoſto maticū eſt. ventrē mollit·menſtruiſ ipat res venereas extinguit·caput purgat .et vrinā mouet·et ſtrato ſuppoſita longiꝰ arcet ſerpētes·cathaplaſmatibꝰ adhibi: ta vulneribꝰ paracoleſim facit . arcuato morbo ſuccurrit Galienꝰ· Poliū quia amarū et moderate acre·deobſtruit oīa viſcera·et vrinas et mēſtrua ꝓuocat Et viride quidē adhuc exiſtēs cōſolidat ma gnas plagas · et maxime fruticoſa ſpēs eiꝰ·Siccū vo fcm ſanat male morigerata vulnera·quādo apponit̄·magis autē hoc efficit quod minꝰ eſt·

Baktha·	id eſt: vacca·
Bakthe aliendi·	·i·olus iudiacū
Baklens·	idem quod ſupra.
Bakim	·i·braſil. & ē bachar
Bakinon·	idem quod ſupra

LXXVIII·

BAlauſtia latine·gre·balauſtiō ara·lulitiar · Balauſtia eſt flos maligranati caducus·quē dya ſco·vocat quitinū cap· de malo granato fri·eſt & ſic·in ſcdo gradu· Sera· li· aggre·ca·luliti r ·balauſtia & ē flos ma li granati· & ex malis granatis quedam ſunt domeſtica·quedā ſilueſtria·ſed flos ſilueſtris dicitur baulaſtia· quarū quedā inuenit̄ alba·quedā purpurea· & quedā roſacea· Aui·li·ij·ca·de balauſtia·Ba lauſtia flos eſt granati ſilueſtris perſici· aut egiptij· & ipa quidē quādoq; eſt ru bea: quādoq; alba: & qnq; roſea· Et ſuc ci eius natura eſt ſicut ſucci barbe hirci ne·Fri·eſt in fine primi gradꝰ·ſic· i ſcdo

Gali·vj.ſim·phar·ca·balauſtiū·Balau ſtiū eſt flos mali granati ſilueſtriſ·qualiſ domeſtico vicinꝰ·vehemēter aūt ſtipti: cat guſtū·necnon deſiccatiue et ſtiptice virtutis eſt·palam quoq; ꝙ eſt groſſarū partiū ſi recolamꝰ dicta in quarto horū monumentorū: cū oſtendebamꝰ oīne ſti: pticū terreſtre eſſe & frigidū·Nulliꝰ au tē alterius saporis habet indiciū·& ideo ponet utiq; hoc aliquiſ ſiccare & infrigi dare nō debiliter ·ſi quidē nō male oſtē: debat̄ a nobis in quarto horū monumen torū ineſſe ſtipticitatē terreſtribus & fri gidis corpibuſ· deinde & apparētia teſtā tur·Etem ſi paratritōnibꝰ & alijs vlce ribꝰ id apponas·citius quidē videbis ad cicatricē procedere·hinc eſt em ꝙ i emit tētibꝰ ſanguinē · & diſinterijs adhuc in fluxibꝰ qui in ventre & matrice. non eſt aliquis medicorū ſcribētiū curatiuum ne gociū qui non vtatur hoc pharmaco·

Poſſe·Sera·Balauſtia icarnat et ſtri git & curat tenaſmonē· & conſolidat vl cera iteſtiorū· & ꝯfert ſputo ſāguiſ et flu xui menſtruorū· & cōfert ad omnia ad q̄ cōfert ypoquiſtitos· Aui · Balauſtia eſt glutinatiua· & retinet oīnem fluxū ſā guinis· & generat melācoliā·et eſt bona gingiue ſanguiolēte· & cōſolidat plagaſ & vlcera antiqua· & albocor · & pcuſſio nes ·puluerizata deſup· & firmos efficit dētes motos· & ꝓhibet fluxum ſanguīs & ſtringit fluxum inteſtinorū· & fluxū matricis ſanguineum·loco eius ponatur cortex glandinis· & caput granati·

Balanon·	·i·glans

Balantha ſquama piſcis quedā·que inue nitur in fronte piſciſ degentis in concha rotunda & tortuoſa cōcaua·ſed nos vti mur blactebiſātia q̄ fert̄ a ſacto·

Balath·	·i·glans·
Bala·	·i·ſuccus palme in

q̄ dactili naſcūt̄·

Balas eſt cū multe placente in oleo frixe ponunt̄ in patella: vnā ſup aliā locādo·

Balauſtum·	·i·quercꝰ·

Balanos·i·glans· & eſt etiā caſtanea·

LXXIX·

BAlanus repſico· vel balanus inopſica· vel pigmētaria grece arabi ·haben·latine vero ben· Ben eſt ſemen arboris mirice·fructꝰ eiꝰ ſicut auellane habentes intus medullam que exprimitur· & egreditur humiditas que ingreditur in nobilibus confectōni bus pro oleo · Naſcitur in ethiopia & in egipto· & in india & paleſtina· Eſt autē ben aliud quod eſt granum triangulatū album paruū ſimile cartamo·ſed maius vtcunq; · nec ita oblongum · quo multi vſi ſunt pro pipere albo: licet decipiant̄ a quibus exprimitur oleum dictum muſ cellinum vel balaninum·Nam arabes uo cant illud ſemen muſcellinum· Dyaſ· Secundū tranſlatōnem noſtram capi· balanus repſico· id eſt· ben eſt ſemen ar boris ſimilis arbori mirice·nuces habenſ ab intus ·quas cum digitis cōfricaueris

humorem eijciunt qui confectionibꝰ mi
ris & nobilibꝰ multis miſcetᷣ pro oleo ·
Naſcitur vero in ethiopia & in arabia et
in locis moie· Ipe ſuccus melior eſt qui ē
recēs & odore plenus & albus Sera·
li·aggre·cap̄·haben·aut·dyaſ·Haben·i.
granum ben·et eſt fructꝰ arboris ſimilis
thamariſco·& ē fructꝰ ſilis auellaīs·me
dulla eius exprimitur ſicut amigdale &
egrediᷣ aliquid loco olei·& naſcitur hec
arbor in terris hababes·& in babilonia·
& in locis arabum· & in terris paleſtine
que nomināᷣ nitram· & melior ex eo eſt
nouus plenus albus facilis excoriatōnis
Et idem auct·gali·Hec medicina defer=
tur ad nos ex terris arabum· & pigmen
tarij vtunᷣ ſucco medulle eius loco olei
& complexio eius eſt ca· Io·meſ·ca·
ben·Ben eſt granum almahaſus·Et eius
aliud magnum aliud paruū·Magnū aūt
eſt in magnitudie fructus auellane triā
gulatū·Paruū aūt eſt ſicut cicer·et vtrū
qꝫ habet medullam vnctuoſam lenēz &
albā·ſed maius incolumiꝰ eſt paruo·par
uum vero eſt malignū· magnū aūt meli
us·cuius albꝰ eſt cortex planus·tenuis·
& cuius medulla eſt alba lenis·multe vn
ctuoſitatis· Et quod eſt antiquū meliꝰ
eſt recenti·& paruū meliꝰ eſt·ſubnigruꝫ
declinās ad albedinē·et cuiꝰ medulla eſt
vnctuoſa alba & lenis·& antiquū meli=
us eſt recēti acuto·Magnū ca·eſt in pn̄
cipio tcij̄·ſic·i ſcdo·& ī ipſa eſt hūiditas
ſupflua cū acredie & eſt icīſiuū & mūdi
ficatiuū:abſterſiuū:aperitiū oppilatōnū·
& viſcerū cōturbatiū ꝓpter hūiditatem
ſupfluā pparās ad vomitū·et minꝰ ē for
tiꝰ in oī re:faciēs opatōes difficiles & la
borioſas pducētes ad caſum virtutis &
ſudorē fri·Et ideo paruis ꝓhibēda ē ad
miniſtratio niſi in ēplaſtris & fricatōni
bꝰ·& olei ipſiꝰ et ī vnguētis·Magni au
tē malicia corrigibilis eſt·& hec ſūt·cor=
rigibilia in ipo·Nocet ei ſtomacho faci
ens ſubuerſionē in eo·& eſt laborioſe ſo
lutōnis & tarde·Et nos quidē diximꝰ ī
canone ꝙ aſſatio eiꝰ ab eo reſoluit et ma
turat ſupfluā hūiditatē aptā ad ſubūſio
nem et nauſeā & vomitū·et dimittit ei
vt ſit p vētrē ſolutiuū tm̄ · Semē aūt fe
niculi & aniſi cū eo rectificāt nocumētū
primū·& ꝓprie mixta coctōni ipſius·&
fiūt ex medullis eiꝰ poſt coctōꝫ ipſiꝰ:et
medio pōdere eiꝰ ex aīgdalis dul·et mel
le paſſularū forme ſicut auellane· & ſūt

iuuamēti magni vbi oportet·Operatio
decoctōis eiꝰ eſt·Accipe ex eis integris
quātitatē quā volueris· & inuolue eos ī
paſta · & coque in cinere calido·& tere
cētritōne multa·& pone ex ſeminibus et
ſpēbꝰ aliquas·et īuolue in pāno·& deſu
per īuolue paſtā·& fac ſicut ſupiꝰ·Oleū
aūt eiꝰ extrahiᷣ ſicut oleū de amigdalis·

Poſſe·Dyaſ·Ex eo·ʒ·j·bibita cuꝫ pu
ſca ſplen ſiccat·cū yris illirica mixtꝰ et ī
cathaplaſmatibꝰ poſitꝰ: et mulſa adhibi
ta:dolores podagricos mitigat·aceto au
tem mixtus lepras & maculas et puſtu=
las corporis tollit·Acceptꝰ ſolutōeꝫ vē
tris facilē pſtat·mulſe mixtꝰ nauſeā pro
uocat·cacoſtomaticꝰ eſt·oleum qd̄ ex ip
ſo ſemine exit acceptū vētrē mollit·cori
um radicis eiꝰ ſtipticum eſt·expreſſꝰ ſuc
cus eius vtilis eſt vt aſpredinē et pruri
ginem corporis mirifice purget Sera·
Ben confert empetigini et lentiginibus
que ſunt in facie·et ſcabiei·et prurituī et
egritudini cū qua eleuatur cutis cū ace
to·Et attenuat duriciem epatis et ſple=
nis ſi eis ſupponaᷣ cū aliqua pharmacia
ex deſiccātibus·ſed ī ſucco eius eſt parū
ſtipticitatis·Mouet vomitum quādo bi
bitur ex eo cum melle · et laxat ventrem
laxatōne fortiori·et aufert cicatrices mlᷓ
tum oleum eius inunctum·Cortex exte
rior ipſius grani adminiſtratur quando
indigemus ſtipticatōne multa· Ioh·
meſ·Ben per vomitum et per ventrem
educit flegma crudum groſſum·et ē me
dicina mirabilis ad colicam flegmaticaꝫ
et ventoſā·Et etiam criſterizatur et ſup
ponitur.et fit ex medullis eiꝰ emplaſtrū
et farina ordei et melle·et ſoluit apoſte=
mata dura et ſcrofulas ; valet ad egritu
dines neruorum frigidas:ſicut eſt cōtra
ctio et ſpaſmus·calefacit enim eos·et le
nit duriciem eorum et nodoſitatē· et em
plaſtratur ſuper epar et ſplenem·et pro
prie cum farina lupinoruꝫ·et ſpica·et cō
fert duriciei et oppilationi eorum·Ben au
tem paruum emplaſtratur in egritudini
bus predictis:et eſt virtuoſius:et ſimili
ter eius oleum·Oleū aūt de ben notum
confert veſtigijs vlcerū et lentiginibꝰ et
feditati cutis et morfee·et diſtiſtillaᷣ in
aurē:et ofert dolori eiꝰ·et ſonitui in ipa
et ſurditati·Doſis eiꝰ eſt a·ʒ·ſ·vſꝫ ad·ʒ·
j·et·ſ· Aui·li·ii·cap̄·de ben ·Ben eſt
mundificatiuū et ꝓprie eius medulla·et
inciſiuū humiditatū groſſarū·et agit cū

aceto & aqua opilatões viscerum. Et
in arbore ipsius est amaritudo & stipti
citas. & ꝓpter hoc est in ipa virtus cau
terizatiua. Et eiꝰ cortex est stipticꝰ plus
Et oleũ ipsiꝰ nõ euacuat̃ a stipticitate.
Et in ipo toto est abstersio & incisio. Se
men eius confert lentiginibꝰ magnis &
paruis. & panno. & morfee. et vestigijs
vlcerũ. & similiter eius oleũ. & confert
apãtibꝰ duris oĩbus: cũ ponit̃ in empla
stris & vnguẽtis. & confert cũ aceto ex
coriatõni & scabiei vlcerate. & cõfert bo
thor lactee & asahafati. & calefacit ner
uos. & lenificat spasmũ. & duriciẽ ner
uorũ: & ꝓprie oleũ eiꝰ. & cõfert dolori
auris: & tinnitui qui est in ipa cũ adipe
anatis. Et decoctio radicis eiꝰ ꝯfert do
lori dentiũ si cum ea os colluit̃ Et cõfert
duriciei splenis quãdo bibit̃ cum aceto
mixtũ ex eo in põdere duarũ ʒ. quãdoqʒ
etiã cõiũgit̃ cũ fermẽto aut farina lolij:
& aqua alkaratin: aut farĩa ordei. aut fa
rina lupini. & fit ex eo emplastrũ spleni
Et ipm quidẽ est malũ stomacho faciens
nauseã. Et si bibat̃ ex succo eiꝰ aureus .i.
cũ melle. facit vomere fortiter. & soluen
do educit flegma crudũ cũ bibit̃ cũ mel
le: et similiter eius oleũ. & similiter cum
supponitur liciniũ infusũ in ipo loco eꝰ
ponit̃ quãtũ ipm est de rubea: & medie
tas sui de cortice cassie lignee. & decima
ponderis eius macis.

Balanomiris. idem quod supra.
Balanus. .i. suppositorium
Balam tephus. .i. elleborus.
Balab. .i. dactili imaturi
Balch. .i. glans.
Balanus fordianos .i. castanea.
Balbaiati est genꝰ apãtis corrosiui.
Balkati. est genꝰ apãtis.
Ballariana. .i. fu.
Ballanos. .i. glans.
Balsamum quid est. l. l. ielessem.
Balsamita. mẽta aquatica. sisimbriũ idẽ
Balsamita aquatica .i. mellissa.
Balsaton sunt capilli qui inueniunt̃ ĩ ar
bore balsami. vt apparet in. l. ielessem
Balsales. .i. bulbꝰ belbesum
& est balsalalzi
Baltat. .i. anax auis
Baleccara est animal simile lacerte sʒ vẽ
tricosius satis: qd̃ ĩuenit̃ barbarie: & sar
dinie. & est coloris lacerte. l. l. dab.
Bellecara. idẽ quod supra
Balfel. sunt quidã fructus
vt apparet in. l. bule.
Balisen. .i. porrũ. greci di
cũt q̃ ẽ herba fruticosa angulosis cauli
bus nigris.
Balialmon .i. colen. & est fel
Baloch id est. glans.
Balanoch est species camfore
Ballot. .i. glans
Baltonica .i. camomilla.
Baluam .i. facies mordicationẽ
stercoris.
Balusti. .i. quercus.
Baluum. est cibarium quod
fit ex tritico lacte & zuccaro.
Banaich .i. ebulus
Barasican. .i. bdelliũ.
Baras est quasi morfea alba. scʒ que infi
cit carnẽ et cuti. & in hoc differt a mor
fea: in q̃ tm̃ inficit̃ cutis. vnde cũ pungi
tur morfea emanat ab ea sanguis. ĩ baras
nunq̃ exit. & est in eo caro infecta vsqʒ
ad os: & est quasi ĩcurabilis.
Barasen .i. lentigo aque
Baraseil. idem qd̃ sup̃.
Baaral vel basirac .i. semen lucarie
Barati .i. vernix
Baratis. .i. bara
Barachion. apostema.
Barasmas quid est. l. l. xenoia.
Barach kebuli est quoddã semen yndum
Et sũt eiꝰ due spẽs: quarũ vna est parua
absqʒ rugis. & alia magna cuʒ rugis. Et
earꝫ melior est parua. eradicat flegma ex
iuncturis. soluit flegma ex intestinis &
vermes & ascarides. et ĩ hoc est valdẽ bo
na. & est catapucia
Barar. .i. anax auis

LXXX.

Bararichibene siue bazarichi
chen ara. grece & latine semẽ
lini Gali. vij. sim. phar. cap.
de semine lini. Semen lini ca. in primo g̃
du. in humiditate & siccitate est mediuʒ
& si comeditur inflat. & cũ toto hoc q̃
assatur inflat. quia ipsũ est plenũ humi
ditate superflua Sera. li. aggre. aut. gal.
Virtus eiꝰ est q̃ subtiliat & ꝓuocat vri
nã & mẽstrua. & qñ bibit̃ aut fit cum ea
emplastꝝ. ꝯfert apãtibus epatis. et orifi
cio stomachi. et ipsi stomacho. sʒ radicis
eius stipticitas est amplior stipticitate
floris. & caliditas eiꝰ est minor caliditã
te ipsiꝰ. & ꝓpt̃ eiꝰ stipticitateʒ adquirit
q̃ admiscet̃ cũ medicinis q̃ admistrãtur
ad sputũ sanguinis. Et auct. dyas. sera.

Flos eius est stipticꝰ stipticitate pauca: calefactiuus. maturatiuꝰ. & est ca. quasi in primo gradu. et est mediū i humiditate et siccitate. et secūda eius virtꝰ est ꝙ est mollificatiua. Sera. li. aggre. ca. bararichibene. Bararichibene est mollificatiua. sedatiua dolorū. et ꝓfert egritudinibus interioribus: nisi quia est minꝰ i hoc ꝙ camomilla. et est mediū inter laxatiuū et stipticū. et admiscet in eo parum virtutis ꝓuocatiue vrine. et hoc quidē apparet in eo manifeste quādo comedit assatū. et tūc est magis cōueniēs ad stringēdū ventrē. Et dixit in libro de conseruatōne sanitatis ꝙ quādo semen lini decoquitur in aqua. eius decoctio est infrigidatiua Et idem auct. dyas. Virtꝰ seminis lini est similis virtuti semīs fenugreci. & quādo admiscetur cum aqua melle & oleo: & cōficitur: resoluit apāta calida & mollificat ea. siue sint interius siue exterius. Et quādo fit ex eo emplastrum cum ficubus & nitro delet pannū & pustulas albas faciei. id est. papulas scdm trāslatoꝝ nostrā. Dyas. Et quādo conficitur cum aqua resoluit apostemata q̄ sunt in radice auris & apostemata dura & quando coquitur cum vino eradicat formicam & species vlcerū que dicūtur faui. & quādo miscetur cum melle & pipere. & vtitur quis eo mouet coitū. & quādo miscetur cum nasturcio quātitate equali. confert scissuris vnguiū & eorū excoriatōni. Et fit cum decoctōne eius cristere ad mordicatōnem intestinoꝝ et matricis. et mollit vētrē quādo mulieres sedent in decoctōe eius. cōfert apātibus matricis sic fenugrecū Et idē auc. Aben mesuay. Proprietas eius est et vtus vt quādo fit ex ea emplastrū mixta cera et melle confert ardoribus vnguiū. Et idē auct. atabari. si ponitur super vngues equat inequalitates eoꝝ. Et idem auct. abugerig Confert vlceribus vesice et renum. & maturat apāta quādo fit cū eo emplastꝝ. Et quādo bibitur torrefactū confert tussi fri. & hu. Et idē auct. mesarugie. Expellit fetum cito. Et idē aut. alcauzi. Non est ei par ad expellēdum cito fetū & expellendū aquā. Et idē auct. rasis. Sedat dolores & confert punctōnibꝰ intestinorū. Paulus cap. de lino Linū quando cōburitur fumꝰ eius ē subtilis. Et cōfert corize. & suffocatōni matricis Aui. li. ij. ca. de semine lini. Virtus est eiꝰ proxima virtuti fenugreci. ca. in primo. cōmēsuratū i humiditate & siccitate. Et dicit quidē ꝙ decoctio lini est decoctio recētis eius. in ipso enim est humiditas superflua. est maturatiuum & abstergit & inflat ꝓpter humiditatē suam superfluam ita ꝙ illud quod ex eo frixū ē hoc agit cū stipticitate que in frixo manifeste commēsurata. & in non frixo manifesta permixta cū lenificatōne. & ē sedatiuū dolorū minus ꝙ camomilla. ex ipso fit ēplastrū cum nitro & bolo: & leit pannū. & confert contractōni vnguiū & scissuris & fracturis eoꝝ. Et quando ꝑmiscetur cum equali mensura nasturcij & conficit cum melle: lenit apāta calida exteriora & interiora. & apā quod ē pꝰ aures cum aqua cineris: & apāta dura. et ꝓhibet spasmum: & ꝓprie cōtractionem vnguiū cū permiscetur cū cera et melle Eiꝰ suffumigatō cōfert corize. & similit fumigatio ipsius lini cōfert tussi flegmatice: & ꝓprie quod ex eo assatū. Et ē malum stomacho. & est difficilis digestiōis & pauci nutrimenti. quod autem ex eo frixum est constringit ventrem. & non frixum est commensuratū. & eius prouocatio est debilis: sed confortatur cū assatōne. & quando iungitur cū melle & pipere mouet coitū. Et cum decoctōne ipsius fit pessariū matrici: & sedetur in ea & iuuatur a mordicatōne que est in ipsa & apostematibꝰ: & similiter in intestinis & ex ea fit iuuamētū ad vlcera vesice & renū. Et cū ex decoctōne quidē seminis lini fit cristere cū oleo ro. magnificat iuuamētū eꝰ i vlceribꝰ itestinoꝝ. LXXXI

BAza vel hara ara. grece cucurbita genella vl' coloquintida. latie cucbita. Cucurbita fri. ē et hu. i cibis. et medicis ōpetit: & pcipue semia eiꝰ q̄ an̄ maturitatē colligūt. Semia aūt ipa diuretica sūt ꝓpē sbtilitatē sbe eoꝝ: & pcipue medicie cōpetūt. Contra calefactōez epatis rasura cucurbitaꝝ cōterat: & succꝰ exprimat. et addito aceto vl' agresta pānꝰ itictꝰ supponat. Cucurbita cocta cū carnibꝰ maxie cōfert colericis sanis. & estate acutissime febrietibꝰ Elixe cucurbite sine aliquo odimēto vel cū lacte aīgdalaꝝ. et etiā assate cū agresta sūt cibꝰ & medicia Silr coque cucurbitā in pasta. et bn̄ dissoluatur in aqua. & ex illa aq̄ et zuccaro fiat sirupꝰ. optiꝰ ē acutissie febrietibꝰ. epaticis et ethicis.

et potest dari a principio·quia materiam digerit & purgat p vrinā ·aliquantulum etiā laxat· Contra oppilationē epatis & renū & vesice· & ɔtra apāta pectoris va lēt semina eius mundata si conterant̄ & ī aqua ordei coquant̄ : & aliquantulū ab lactentur·& aqua ipsa colata cū zucaro mixta patientib⁹ detur · vel ex aqua illa fiat sirupus Et nota ꝙ maiorē virtutem habent si ablactent̄ semina ꝙ̄ si coquant̄ valet similiter p̄dictus sirupus in febri bus acutis·Simil'r notandū ꝙ post ma turitatē debet cucurbita colligi & suspē di cū seminibus·vt substantia desiccetur propter conglutinositatem eius·deinde cum aqua lauetur & soli exiccet̄. & in lo co sicco conseruet̄·ne ꝑpter humiditatē multā corrumpat̄ Sera.li·aggre·cap. hara· Hara ·i·cucurbita.virtus eius ē fri· & hu·in·ij·gradu·& succ⁹ abrasionis ei us confert dolori aurium·qui accidit ab apātibus quando administrat̄ cum oleo ro·similiter autem caro ipsius cucurbite quando fit emplastrū cū ea ·extinguit & infrigidat apāta calida.infrigidatione & extinctione cū temperamento · Et dixit cucurbita est minoris malicie ꝙ fructus estiui omnes quando bene digeritur ·sed si corrumpat̄ & nō bene digeratur & nō descendat a stomacho cito·corruptio ei⁹ est mala valde Gal·vij·sim·phar·cap· coloquintida Coloquintida ·i·cucurbita fri· & hu·ē ɔplexionis scd̄ꝫ terciū ī ambo bus gradu· Vnde & rasure ei⁹ succ⁹ ad aurium dolorē qui secundū flegmonem confert vtentibus cū rodino.ita vero & tota cataplasmata calidos flegmones in= frigidat moderate·Est autem & cū ɔme ditur mollificatiua & siticulosa Dyas· cap·de cucurbita Cucurbita cruda trita & cataplasmatib⁹ adhibita papulas cor poris amputat · apostemati calido maxi= mum presidiū est ·succus rasure eius do lorē calidum auriū mitigat cū oleo ro·mi xtus & aurib⁹ instillat⁹· & cerebro appo situs estuationes infantiū mitigat· & co fert apostematibus calidis que fiunt in cerebro eoꝝ·tumoribus oculoꝝ opitulat̄ podagricis maximum presidiū est·Elixa quoqꝫ & expressa melle & nitro addita & bibita ventrem mollit· Cruda & exca uata & vino impleta si sic manserit vna die & nocte & postea bibatur·similiter ventrē mollit·Crude & trite leniunt om nem tumorē·succus eius dolorem dentiū mitigat·si diutius in ore teneatur·sed & oleo ro·mixtus ex vnctione corporis ad motus febrium restringit ardorē·Et quā do fit emplastrum cum rasura eius & me dulla panis super podagram ca· aut sup herisipilam confert· Cinis aridi corticis efficaciter potest cōbusta sanare·Eundē cinerem dicimus ab exptis vulnera in ve retro iam in putredinem versa purgare· & ad cicatricē perducere·podagre estu anti · & ignibus sacris cortices virides subueniunt·semini sicco illa uis traditur vt in puluerem tunsum & inspersum im pleat vulnera que cauata sunt·In cibo sū pta stomachū relaxat·bibendi desideria nō excitat·succus tepefactus dolori auri um.q̄ ex inflamatione caloris fit infūdit̄ humectat autem & infrigidat abundan ter·et ptiriasim infantium rasura depellit cum polenta·Hec eadē dicit sera·au ct. dyas·licet sub alijs verbis· Et idem sera· auct.aben mensuay Sanich cucurbite cō fert tussi & dolori pectoris qui prouenit a caliditate & abscindit sitim· Et idem auct·mesarugie quando cucurbita inuol uitur in pasta & assatur· & deinde expri mitur eius aqua & datur i potu·confert fe·acutis· & tussi & sedat sitim·& quādo sumitur cum zucaro mollit ventrē mol litiē leni Almāsor tractatu tercio cap· de cucurbita · Cucurbita est fri· & hu·q̄ stomacho mala existens appetitū destru it·sitim quoqꝫ sedat· & epatis & stoma chi ardorem extinguit·quando in eis abū dat calor

Bar ·i·anax auis
Barba ircina quid ē l·l·luthec
Barba alguf ·i·elleborus·
Barbachi ·i·meatus inguinis
Barbatus ·i·elleborus
Barbascus ·i·tapsus barbassus
Barba nomen est emplastri scripti in an titodario virili
Barba iouis herba herculis vel bonades ·i·sticados citrinum
Barba aaron ·i·aaron
Barbaki ·i·barbachi

·LXXXII·

Barba siluana est plantago aqua tica·que iuxta aquas nascitur· cuius folia sunt oblonga in acu tum tendentia erecta super aquam·simi lia folijs plantaginis·nisi quia nō sunt ei coste apparentes sicut plantagini · vnde i dinamidijs scribit galien⁹.cap·de curis

genitalium valere ad impregnandum. Et idem dicit eodem libro de epilensia. ꝙ barba siluana est certũneruia aquatica. & ponitur similiter barba siluana in anti dotario. gal. minori. in quodaz medicami ne quod incipit medicamen ad concipien dum.

Barcartartaba id est piretrum
Barch id est. oua
Bardana quid est l. l. lappa
Barsa auerscere capillus veneris
Bare id est. sirico
Barce idem quod supra
Barceosan i. capillus veneris
Barseosen idem quod supra
Barinium i. affodillus
Barchim i. lippari. & est nomen loci
Barzi id est. dulb
Barocho id est. melissa
Barochion id est. butracion
Barcora quid est l. l. ostracorum
Bargol i. adiantum siue po litricon.
Baruli id ē. barulios. & sunt macule que fiunt in facie & maxime infã tium ꝓpter comestionez panis comesti a mure.
Barulos idem quod supra
Baruc psimithium.
Basale id est cepulla
Basara id est. semen
Basaraguira id est. semen vrtice
Basarachete id est. semen melõis
Basara gergir id est. semen eruce
Basara afisigemti id est. semen maratri
Basara catona id est. semen psillij
Basara thethimi id est. semen malue maioris. et est bismalua
Basara alcobeth id est. semen malue ortulane vel minoris.
Basara achiro id est. semen vrtice.
Basara curcunei. i. semen carui siluestris.
Basara athaba id est. semen trifolij.
Basara alcoraf id est. semen folij
Basara albangi id ē. semen iusquiami
Basara alcas id est. semen lactuce
Basara fasagenchese. i. trifolium.
Basara sadal i. semen sinapis
Basara alcomaeb i. semen lapatij
Basara lisen i. lingua agni.
Basara arasien i. semen nasturtij.
Basara sebez i. semen aneti
Basara albasal id ē semen cepulle
Basara alchiten id ē. semen lini
Basara neriges id est. narciscus
Basac i. saliua hõis ieiuni
Basalas id est. gentiana

·LXXXIII·

BAsal. ara. gre. bulbus. latine ve ro cepe. Dyas. cap. bulb⁹. Eius species sũt due. Vna ē que habet rufum bulbũ qui bonus ē ex terra pingui ē et collectus eustomaticus. Alia est species bulbi plus isto eustomaticus Omnes em̃ bulbi calidi. & viscidi sũt. cõ mesti erigunt linguam & fauces exaspe rant. stomachum inflant. cataplasmatib⁹ adhibiti laxationib⁹ et doloribus iunctu rarum & podagricis maximũ prestant ef fectum. corpori infixa euocãt. soli & mel le addito id facere possunt. tumores hy dropicis bulbus impositus spargit. cani nis morsibus subuenit. addito melle sto machi dolorē cõpescit. & furfures & aco ras nitro addito purgat. liuores & ma culas tollit. medio oui addito & aceto et melle lentigines corporis emēdat. conq̃s sationibus aurium & vnguiũ cum polẽ ta bene adhibetur. coctus ī cinere calido & polenta addita & capitibus minoruz piscium nigris cicatricibus reddunt colo rem. & maculas nigras aceto & altionio mixto nefelin tollẽt. cocti & comesti do lorē lateris ꝯpescunt. sed nõ multũ com medendi sunt. quia neruis contrarij sunt & siccatiue virtutis. Gal. vij. sim. phar. cap. de cepa. Cepe ex quarto gradu ē ca lefactiuũ. substantia vero eius grossarũ ꝑtium ē magis. vnde emoroydas apit ap posita. aut cũ ceto illinita ī sole aluos ab stergit. & fricata in alopitijs citius ꝙ alti oniũ ꝓuocat capillos. si vo sepauerit q̇s succũ ei⁹ totũ quantũ ē residuũ sufficiēs est terrestris substãtie. ipse autem succ⁹ aquose & aeree ē. caliditatis. ita autē & suffusos & abliopinatos ꝑ grossitie hu moꝝ iuuat vnct⁹. Ex huiõi autē comple xione tota cepa inflatiua est comesta. & ꝓpterea q̃cunqz licciora sũt ꝯplexione mi nus ventosa. Hoc idez dicit dyas. in. vj. cap. bulbus. Bulbus ꝯmestiuus frigidior ē bulbo vomitiuo & grossi necnõ visco si humoris ē generatiu⁹. Nam difficile di gestibilis ē & īflatiuus & libidinosus su ꝑplasmat⁹ aũt eo ꝙ amaritudĩs atqz sti pticitatis ꝑticeps ē abstersiuus & solida tiuus efficit̃ & siccatiu⁹. Ostensũ ē em̃ ꝙ amarus quidē sapor in abstersiuis sbĳs. est. stipticitas vero in solidatiuis. siccitas

vero ē in vtraq3. Et idem in li. de cibis.
Cepa calefacit corpus & subtiliat in ip
so grossos humores & incidit viscosos.
Cruda & cocta paucissimu3 dat corpori
nutrimentū. nocet colericis. sed his qui
flegmaticū humorē aut crudu3 grossum
& viscosum collectū habuerint ydonea
talia eduliorꝝ sūt Sera. li. aggre. auct.
dyas. cap. Basal lōge exceptis sūt acutio
res ꝙ rotunde & plus stiptice. Et ille q̄
sunt rubei coloris sunt acutiores ꝙ albe
& sicce ꝙ recentes. & crude ꝙ assate &
ꝙ preparate cū sale & aceto. & cepe qui
dem mordicat & generat ventositate3 et
subtiliat humiditatē. facit sitim. mollit
ventrē. quādo autē volumus administra
re cepe auferimus cortices exteriores &
interiora eius. & fit ex eis suppositorium
Et quando ex succo ei9 fit cobol cū mel-
le confert debilitati visus. & vlceribus
que fiūt in oculo & principio descensus
aque ad ipsum. & admiscet̄ in caputpur-
gijs & mundificat caput. & ponit̄ in me
dicinis squinantie. & administrat̄ empla
strum ex eius aqua sale & ruta ad mor-
sum canis rabidi. Et quando miscetur cū
tuchia sedat pruritū oculi q̄ fit a flegma-
te salso. Et quando miscet̄ cū sale aufert
verrucas. Et mixtū cum adipe galline au
fert callos qui fiūt in pedib9 ꝓpter calcia
menta. Et quando distillatur ex succo ei
us in aurē confert debilitati auditus &
tynnitui ei9 & aque que descendit ad ea3
Et quando miscetur cū ea spuma maris.
& fricatur cū eis alopitia multiplicat &
auget capillos. vsus quidē eius in cibo
inducit sodam. nimiusq3 vsus ei9 inducit
egritudinē galargas. i. litargiam & facit
dormire quando comeditur aperit etiam
orificia venarum. que sunt in ano. quan
do applicatur ī loco & ꝓuocat menstrua
& quando dissoluitur in aceto & linitur
in morfea in sole aufert eam. Et quando
linitur cū eo alopitia facit in ea oriri pi-
los citius ꝙ spuma maris. Et quando cō
meditur generat ventositatē ꝓpter humi
ditatē que est in ea. Plinius cap. cepe.
Cepe virtutē habet incisiuā & oblonga
plus est stiptica ꝙ rotunda. et que colo
rem rufum habent ꝙ ille que albū. Sicce
autē viscidiores sunt ꝙ virides. & crude
plus viscide ꝙ cocte. Cōmeste inflatōes
prestant. fastidiū tollunt. sitim ꝓuocant
& tollunt oris fetorē. eustomatice sunt
emoroydas imposite prohibent. suc9 ei9
immissus narib9 caput purgat. morsib9 ca
ninis occurrit melle & ruta & sale addi
to. cū sepo gallinatio auriū dolorē et sup
fluos sonos cōpescit. & ad vlcerationes
etiā aurium prodest. Cruda vero fricata
alopitias emendat cu3 altioio fricata cre
menta capillorꝝ prestat. puluis eius com
mestus dolorē capitis remouet sucus ei9
optime caput purgat. naribus attractus
colericis ɔtrarie flegmaticis vtiles sunt.

.LXXXIIII.

Basal alzir ara. vl' varies gre. bul
bus ematicus. vel bulbus vomi
ferus. latine vero narcissus. vel
cepe sine tunicis vel cepe marinū Dyas.
cap. Narcissus bulbus ematicus. vel bul
bus vomicus folia habet porro similia s3
minuta Hastas habet duorꝝ palmorꝝ que
inanes & concaue sunt & sine folijs. flos
est illi albus in giro. in medio croceus. et
est quedā species cuius illud mediu3 pur
pureū est. radicē habet albam rotundam
sicut bulbus. & semen nigrū & oblongū
vt in menbranulis. Nascitur ille qui est
melior in locis montuosis. cuius flos sua
uem longe iactat odorē. in reliquis autē
porri habet similitudine3. & viridis est.
virtus eius est que abstergit & incarnat
& desiccat. Et illud qd̄ de eo administra
tur est radix Sera. li. aggre. cap. basal
alzir. Basal alzir. i. narcissus. & est bulb9
sine tunicis & in sapore eius ē amaritudo
cū stipticitate. Et idē auct. aben mesuay
Narcissus ē ca. & sic. ɔplexionis in secun
do gdu Gal. viij. sim. phar. cap. bulb9
vomitiuus. Bulbus vomitiuus siue cepe
marinū calidus est multo plus ɔplexione
bulbi predicti. s. cepe cōmunis Posse.
Dyas. Radix ei9 bibita & comesta & co
cta vomitū ꝓuocat trita cū melle obusti
onibus medicat̄. neruos incisos ɔsolidat
laxatos cōponit. antiquis doloribus arti
culorꝝ ꝓstolatur. melle mixtus effelidas
& omes maculas vultibus tollit. mixt9
semini vrtice aceto & melli & herbo mi
xt9 vulnera sordida purgat. apāta dura
rumpit. infixa corpori īposita euocat cu3
yrisillirica melle mixto. Item collectiōes
erumpit aeq3 stipites euocat. & siqua sūt
aliena cū farina & oleo admixto melle.
Sera. auct. gal. Virtus ei9 est que de
siccat & abstergit extrahit & incarnat
vlcera magna. & incarnat incisiones in la
certis factas. & mixt9 cū orobo mundifi
cat sordes corpis & apit apāta. et quādo

cõmeditur ex radice narcisci aut bibitur
cõmouet vomitũ · & trita cum melle con
fert cobustionibꝰ ignis · & quando fit ex
ea emplastrũ · conglutinat vulnera neruo
rum · Et idẽ sera . auct · aben mesuay · Nar
cisꝰ facit operationẽ iesmi · nisi quia ẽ
debilior eo · & confert doloribus qui fiũt
a flegmate · Et oleũ eius est bonũ ad hoc
& radix eius incarnat vlcera neruorũ · &
habet virtutẽ lauatiuam Gal · viij . sim ·
phar · cap · narcifcus · Narcisci radix sicca=
tiue est virtutis · in tantum vt consolidet
plagas maximas vsq; ad abscisionez q̃ ẽ
circa tenantos · habet autẽ quid abstersi=
uum & attractiuum

LXXXV ·

Bassat ara · grece lithodendon · la
tine vero corallus · Corallus est
quedaz terrea substantia · que re
peritur in locis marinis & montibus ma
xime cauernosis locis · & in mari existen=
tibus · quedã eñ humorosa glutinositas
lapidibus adherens ex siccitate ꝓpria &
maris caliditate & siccitate ꝯdensata in
substantiã lapideam trãsmutatur · & qui
maiorem siccitatez habet fit rubeus · qui
maiorẽ aquositatẽ fit albus · fri · est & sic ·
in · ij · gradu · sed albus frigidior ẽ rubeo .
sed rubeus minus frigidus siccior magis
albo · sed tam rubeus q̃ albus vsui medi
cine cõpetit · sed nunq̃ albus poni debet
in medicinis nisi cũ determinatione · vn=
de cũ inueniẽ simpliciter corallus · rubeus
debet poni · Est ergo eligendus ru · qui
grossus est & planus & clarus · & q̃to
plus accedit ad rubedinẽ · tanto melior · et
qui nulla foramina habet aut pauca · Al=
bus eligendus ẽ grossus qui est planus et
quãto magis intendiẽ ad albedinez tanto
melior · & qui etiã non est pforatus ꝑuis
foraminibus · virtutẽ habet constringẽdi
& ꝯfortandi cõsumendi & depurandi.

Sera · li · aggre · cap . bassad · Bassad q̃=
dem est quod nigen siue mergen · nam ni
gen est radix ipsius arboris & bassad est
rami eiꝰ · & nascũẽ sicut rami aliarũ arbo
rum terre nascentiũ & fit nodosus ab aq̃
marina & in fundo maris & quãdo exit
a mari . & occurrit ei aer stringit ipsum ·
& induraẽ . & reꝑitur in aliquibus lito=
ribus & melior ex eo ẽ rubeus qui simi=
latur assarig aut cinabrio bene colorato
cito frãgibilis & ĩ ꝑtibus suis eq̃lis & ĩ
odore suo simulaẽ odori lẽticule marine
& ĩ figura sua ẽ similis arbori casielignee

habens multos ramos · qui autẽ est petri
ficatꝰ ẽ malus · Et sunt ex eo species alie
nigri coloris habẽtes plures ramos q̃ ru
beus & odor eoꝝ est fortior q̃ illius · vir
tus rubei fri · cũ tẽperamento & desiccat
desiccatione forti Dyas · cap · corallus ·
Corallus vel lithodendron arbor est ĩ fũ
do maris nascens que dum velli ceperit
accepto aere grauescit · Nasciẽ vero mul
tũ in sicilia · Eligendꝰ est autẽ colore coc
cineo aut sandicino vnũ habens colorem
& fragilis odoris gratifici · & quasi cin=
namoni · & qui hoc nõ habuerit inutilis ẽ
Virtus est ei stiptica & fri · Reprobandꝰ
est aũt scabrosus vel lapidosus · aut fistu
latim ꝑforatus vel diffusus · mollis quidẽ
est corallus natura . sed post extractionẽ
ex marinis aquis durescit siue lapidescit ·

Auic · li · ij · cap · de corallo · Corallꝰ na
scitur in maribus que sunt in africa . & ex
eo alius ẽ rubeus alius niger · alius albus
fri · est in pͥo gradu · & sic · in · ij · Pos
se · Corallus habet virtutẽ occultam con
tra epilensiaz & conseruat domũ a fulgo
re · contra fluxũ sanguinis nariũ impona
tur puluis eiꝰ cũ succo sanguiarie · & pil
lule inde facte naribus apponanẽ · contra
fluxũ menstruoꝝ · puluis eius cũ athana
sia & suco plantaginis · & puluis eius so
lus cũ bombice citiꝰ ꝯstringit · contra cor
rosionẽ gingiuarum & oris ꝑcedente ab
lutione cũ aqua salmaciã vel aluminosa
conficiatur puluis de duabus ꝑtibus co
ralli & tercia rosarũ · & ponaẽ sup gingi
uas · contra fluxũ sanguinis gingiuarum
puluis coralli · & antere supponaẽ · vel cũ
melle conficiatur . & illiniatur gingiue
puluis coralli imponitur vlceribus & ea
conglutinat · contra emoptoicam passio
nem · i · sputũ vel vomitũ sanguinis · si fiat
vitio spiritualiũ · ex duabus ꝑtibus coral
li subtilissime puluerizati fiat confectio
cum aqua or · infusionis draganti · et fiant
inde pillule quas teneat patiẽs sub lĩgua
singulas diu in ore resolutas transgluti
at · si vicio nutritiuoꝝ · detur puluis eius
cum succo plantaginis · eodẽ modo valet
contra disinteriã vicio superiorũ · Ad idẽ
detur puluis eius cum ouo sorbili · si fiat
vicio inferiorũ inijciatur per cristere cũ
succo plantaginis Sera · Corallus de
siccat desiccatione forti · vnde abstergit
pectus & confert dissurie & spuentibus
sanguinem · abstergit visum · & est bonꝰ
lacrimis et desiccat eas desiccatione forti

Dyas· Corallus carnes supflue crescen
tes depascit· cicatrices oculis curat· Alta
vulnera replet· emoptoicis mire subueīt
dissurijs medicatur· cũ aqua bibitus sple
nem siccat· stomachi & ventris dolorem
sedat cũ aqua pluuiali bibitus· nam hoc
ꝓbatum est· profluũ mulieris sistit si cuꝫ
cornu ceruino vsto & aqua tepida bibaᵗ
contra ictus fulminis & grandinis facit
Et idem cap. lapis corallus· Omnia ludi
bria somnioꝝ repellit· Et est maximuꝫ tu
tamen aduersꝰ iras demonioruꝫ scripto
nomine noctiluci· hoc est echare vel gor
gone persona · Nam eum portans nunq̄
capietur ab vllo medicamine nec a fulmi
nea vmbra· In bellis maximum adiutoriũ
est victoriã prebẽs· & facilitatē impetra
tionis & introitũ loci. Preterea contritꝰ
& seminatus cũ frumento· vl' etiã pulue
rizatus & cũ aqua in arboribus aspersus
fructus multiplicat· & amouet de terra
grãdines· sic & in vineis & oliuetis· in do
mo autē positꝰ ab omni maleficio & vm
bris demonũ & manibus somnijs custo
dit habitãtes· & fulminibus in nani ven
tis & tēpestatibus resistit·   Auic̄· li· ij·
cap· de corallo· Corallus si teritur & im
pleanᵗ ex eo concauitates dentium infiri
morum· eradicat eos & confortat gingi
uas· & est summꝰ in confortatione gingi
ue· Et gal· quideꝫ extimauit ꝙ cum cora
lo adusto & abluto· si assumaᵗ pondus
ʒ· j· cũ quo teraᵗ danich gũmi ara. & con
ficitur cum albumine oui· & bibitur cum
aqua frigida· confert sputo sanguinis Et
corallus ꝓprie ru· confert omnibꝰ egritu
dinibus stomachi· ita vt suspendatur sup
ipsum directus· Et dixit gal. ego expertus
fui ipsum· & suspendi ipsum in collo eiꝰ
qui habebat dolorē stomachi· ita vt esset
corallus sup os stomachi· & remotus fu
it dolor· cum ergo accepi ipsum redijt· si
cut expertus fui lignum crucis in habente
epilensiã· Et qui suspenderit in collo suo
in diebus sanitatis sue corallũ ru· securꝰ
erit a dolore stomachi· & ꝓpter hoc appē
duntur in collis puerorum· corallus quo
qꝫ ꝓhibet fluxum sanguinis· & abscindit
carnem additã· & confortat oculum ab-
stergendo & siccando humiditates in-
fixas in eo· & ꝓprie quod est adustum ex
eo & quod est ablutuꝫ abstergit vestigia
vlcerum· & est conueniens lacrimis· reti
net sputum sanguinis & adiuuat ad spu
endum · Et similiter niger· & quod ex eo
precipue ablutũ ē & adustũ· Et est ex me
dicinis ꝯfortantibus cor. & ꝯferentibus
tremori cordis· & bibiᵗ cuꝫ melle ꝓpter
apãta splenis et ē iuuamentũ eiꝰ· et ꝯfert
apãtibus intestinoꝝ

LXXXVI·

BAstarem ara· vel castaron grece
vectonicon· latine vero bectoni
ca· Bectonica ca. est & sic· in pri
mo gradu cuius folia p̄cipue virida com
petunt vsui medicine· exiccata etiam ml'
te sunt efficatie· vnde cum inuenitur in
receptionibꝰ folia ponenda sunt   Sera·
li· aggre· cap· bastarem auct· dyas· Basta
rem ·i· bectonica herba est que nascitur
omni anno habens virgã subtilem· cuius
longitudo est vnius brachij aut plus &
est quadrangulata· & habet folia mollia
& longa similia in sua figura folijs arbo
ris glandiũ in scissuris suis odoreꝫ bonũ
habētia· Et folia que sunt ꝓpinqua terre
sunt maiora alijs· & in summitate virge
est semen collectũ in se ꝓpe collectioneꝫ
spice frumenti· & assimilaᵗ saturegie· fo
lia eiꝰ colliguntur & desiccanᵗ· & sic ser
uantur· Nam qꝺ ex ea plurimũ admini-
stratur sunt folia· & habet radices sub-
tiles sicut radix ellebori·   Dyas· ca· ve
ctonicon . Secundũ translationē nostraꝫ
vectonica herba ē omnibus nota· virgas
habēs tenues· & longas vniꝰ cubiti· & q̄
drata folia lõga & tenuia sil'ia drio· obro
tũda & diuisa et odorata· Radices & fo-
lia sũt ei infinita· semē eius ē vt spica sil'e
timbre· folia eius collecta siccanᵗ et vsui
necessaria sunt· Radices habet tenues si
cut elleborus·   Gal· vij· sim· phar· cap.
cestrum siue cestron. Cestrum grece· lati
ne dictum bectonica· virtutē habet inci
siuã sicut ostēdit gustus. amara ē et sub
acris hec herba: sicut indicat et qui secun
dum partem Actus·   Posse· ad dolorē
capitis factum ex frigida causa· fiat gar
garismus excolatura decoctionis becto
nice cum stafisagria in aceto· si fiat vicio
stomachi· detur vinũ decoctionis becto
nice· contra dolorem stomachi detur de
coctio ipsius cum suco absinthij cũ cali
da· si adsit vehemens constipatio vt in
yliaca passione · precedente cristeri · fiat
idem remedium ad matricem mundificã
dum. ad conceptum adiuuandum fiat fo
mentum ex decoctione eius. fiat etiam
suppositorium · detur etiam electuarium
confectum ex puluere ipsius & melle

Sera·auct·gal· Bectonica incidit.& abstergit & incidit hu·grossos frangit lapidē renū·& mūdificat·& abstergit pulmonē·& ꝓuocat mēstrua·& ꝯfert epilensie & curat·cicatrices neruoꝝ & lacertoꝝ Et quando ponitur sup morsum alicui⁹ animalis venenosi fraudulenti confert·et quando sumitur in potu ꝯfert sciatice & eructuationi acetose Dyas·Radices eius accepte ī potu cū hydromelle nauseā ꝓuocant·folia eius dantur ad conquassationes & de alto cadentibus medenť & effocationes stericas soluunt·ℨ·j·cū mulsa accepta morsus venenatos cū vino bibita saluberrime curat·Quisquis autem hanc herbā biberit vim veneni nō admittit·vrinā ꝓuocat·Epilenticis cū aqua bibita maximū presidiū est·epaticis & spleneticis cum oximelle·ℨ·j·accepta effectū sanitatis exhibet·digestionē celebrat·si autē in modum grani fabe accipiať in digestionibus ꝓdest stomaticis·dentibus conquassata & glutita medicatur vino postea glutito·emoptoicis vtiliter dať ʒ·j·cū vino temperata vel lacte recenti caprino·sciaticis nefreticis ad obulos·ii·accepta cū aqua medicať·& vesice dolorem cōpescit hydropicis febrientib⁹·ʒ·ij·cū mulsa dantur·nō febrientibus vero cū vino & melle·hictericis subuenit·menstruis imperat·olea vna cum vino bibita ventrē mollit·& oleis quattuor cū vino & mulsa ciatis·x·exhibita·cū melle vero cōposita sicut electuariū et accepta ptisicis & emoptoicis maxime subuenit·in itineris dolore ex herba ista·ʒ·iij·cum aqua calida ciatis quattuor dať cū vino decocta·& potui data spleneticis ꝓdest·ʒ·ij ex ea cū mulsa ciatis duobus bibite lūborum vel coxarū renumq; dolorē curant·ʒ iij·cum vino veteri ciatis·iij·& grana piperis·xvij·ꝯtrita & calefacta & accepta lateris dolorib⁹ subueniūt·In fractura capitis herba contusa & sup caput vbi ꝑcussio est imposita vuln⁹ mira celeritate glutinat & id melius fit si trita recēs imponatur·Est aūt sibi data vis vt ossa fracta extrahat·Radices quoq; ei⁹ cū aqua decocte vsq; ad terciam ex illa aqua oculos foue·Ipsius autē folia trita super frōtem impone & sanabiť dolor oculorum dolorē dentium aufert cū aque calide ciatis quattuor·ʒ·j·accepta a ieiuno·omnez oculorum caliginē extenuat & claritatez facit reumaticis·ʒ·ij·cum aqua calida dātur mulieribus que partu laborant & febricitant datur vt supra·non febricitantibus cū mulsa·ad neruos incisos imponitur trita et in locis qui frigore vexantur Ebrius ne fias prius ipsam accipe cum aqua Ad carbunculos ponitur cuz aqua & axungia trita vice emplastri datur etiam his qui de via lassi sūt datur cū aqua ca·ad eos qui cibū retinere non possunt & eijciunt·Ad ventris dolorē vel tumorem cū vino trita īponitur·In canis rabidi morsu contusa & alligata expurgat venenum·frebrientibus cū aqua ca·dať·ipa etiā herba trita & īposita podagricis mire dolorē lenit podagricoꝝ·hec dicit sera·cap·ꝓprio auct·dyas·licz ꝑ alia v̄ba

Basedion ·i·rosa asini

Based ·i·corallus

Basilica ·i·serpentaria

Basiliscus ·i·regulus & est serpens quidam

Basilisca ·i·regia vel gētiana secundum quosdam·sed scd̄m veritatē est palma xpi

Basileus ·i·imperator

Basilicon ·i·ozimum·& grece dicitur regale seu imperiale·nam basile⁹ regem vel imperatorem dicunt·nos dicimus ozimum

Basilicon entaticon quid est l·l·medion·

Basilicon vngentum·i·vngentum regale & est tetrapharmacum

Basienici ·i·maratrum

Basis ·i.plāta pedis vl' radix

Bastiridion ·i·rusti acri & est rubus caninus

Batanum .i·rafanum

Batale ·i·faba

Batalme ·i·feniculus

Batarum eminentia quedam in vulua quarundam mulierū que aliquando in tantum magnificatur vt sit velut virga virorum

Batan ·i·vētus & stoāch⁹

Bat ·i·anax auis

Bathangliostosi .i·milium solis·

Batharcium metallicium·i·ciprum

Bathala benedicta est oleum benedictū·

Bathala iamenia est blitis & ol⁹ iamenū

Bathara ·i·briselliū & ē rubicūdū lignū quo tingiť·& latīe vocať barzi

Bathanon ·i·rafanus

Bathal ·i·olus

Bathara .i·asarum

Bathangliscos quid l·l·culb·

Batrachites ·i· lapis similis teste· laminis scissilij
Cvcumeres latine. arabice cakiar. Vbi sciendū q; cucumeres sunt melones indi secundum quosdam. sed mesue capitulo de cucumere asinino videtur dicere q; sunt citrulli Sed aliqui dicunt q; cucumeres sunt fructus sicut citrulli. oblongi tamen nunq; citrinescunt. & habent follas ita distinctas sicut melones. & cum maturantur habent parū dulcedinis. & sunt insipidi qd & ego concedo. Vnde cucumeres non sūt melones indi. quia auic. quarto canone cap. de cura terciane pure ponit melonē indum & cucumerē ergo nō sunt idē Sera. sic dicit sicut apparet in l. dulaa. similiter cucumeres non sunt citrulli sicut apparet in l. citrullus. Et etiam sera. dicit auct gal. q; citrullus frigidior est cucumere. ergo cucumeres nō sunt citrulli. preterea in predicta l. sera. auct. abix aqua cucumeris. & citrulli confert inflamatōi & cetera. ergo non sunt idem Sera. li. aggre. cap. rachera auct. gal. Cucumeris substantia est grossa dura digestioni. & generat chimum malum paratum corruptioni q̄uis melon sit citi? corruptibilis Et virtus ei? est que infrigidat & humectat in ij. gradu & mollit ventrē & prouocat vrinā. Et quādo sumiē cū rob aut cū lacte cōfert vlcerib? vesice & sedat inflamationem stomachi. et sitim quādo comeditur. & sedat sincopim ex caliditate. & confert ei ex proprietate quam habet. Et idem auct. abix aqua citrulli confert inflamationi fe. & sedat sitim & laxat ventrē laxatione bona sine nocumēto aliquo & debet bulliri cum zucaro albo. Et nō oportet q; detur habētibus naturā durā nimis ad mouendum quia illa non habet virtutem tantam q; laxet naturam duraz Et si ipsa fecerit morā in stomacho forsitan inducit laborē & nocumētū & inflatōnes Rabimoyses auc. gal. Cucūer es et

pepones si cito nõ digerant̃ sũt venena mortifera Gal· viij ·sim· phar· cap· Sikinis videt̃ dicere ꝙ cucumer dicat̃ de pepone et cucumere iam dicto · nam dicit sikinis· i· cucumer esibilis qui quidem pepon ẽ subtilioris substãtie· qui vero non ẽ talis grossioris ẽ substantie ·ac etiã abstersiua & icisiua pcipat virtute· vnde diuretica sunt & splendidũ reddũt corpus· & maxĩe si siccauerit quis semẽ dein de incidẽs & cribrãs lenire faciunt· dominat̃ aũt in eis frigida & humida cplexio· non tñ fortiter ·sed in ij· gradu locat̃· Si vero quis semen siccauerit· vel radicẽ nõ adhuc humide nature erit· Sed iaꝫ siccantium in primo quasi gradu vel ij ·incipiente · Est autẽ & abstersio in his plus ꝙ in carne fructus

Cucumer agrestris ·i· cucumer siluestris vnde fit elacteriũ· & ẽ cucumer asininus
Cucumer erraticus· idem
Cucumer indus idem
Cucurbita alexandrina ·i· coloquintida
Cucurbita deserti idem
Cucurbitinus ·i·cucurbita agrestis·
Cudibion ·i·buglossa
Cudilion idem
Cudiblos ·i·lingue canis

CXCV·

Qusa arabice· latiẽ vero citonia Gal ·ij ·de cibis · Mala ipsa non sunt habentia vnã naturaꝫ qđ est ·quia quedã ex eis sunt dulcia· quedam pontica· & quedã stiptica · & quedã acetosa· & quedã insipida· & in dulcibus ẽ substãtia aquosa tpata· & põtica vincit in eis frigidum terreum · sed in stipticis hec ẽ eadẽ suba cũ aquosa substãtia dulci In acetosis aũt est substantia frigida · & virt⁹ ponticoꝝ & stipticoꝝ & acetosoꝝ est virtus que incarnat· & que cglutinat vulnera· & ꝓhibet illđ qđ currit ad apostemata in principio eoꝝ & fortificat os stomachi· & stomachũ laxum & fluxum· maxĩe vero q̃ sũt stipticiora ex eis & acetosiora· sed illud qđ vincit sup naturã in sipidorum ẽ aqua ·& complexio eoꝝ est humidior & frigidior· & ipsa administrãtur in medicinis apãtum in principio eorum & i augmẽto & vniuersaliter in malis ẽ humiditas multa· & supfluitas frigida· & ideo destruit̃ succ⁹ eoꝝ & acescit Seruant̃ tamen quando coquunt̃ cũ mele & fit inde rob. & seruant̃ eodẽ modo citonia ipsa cũ melle sicut & succi eorum

Citonia maiora vocant̃ saturninia & sũt maioris iuuamẽti ꝙ alia· Rememorãs ergo illoꝝ quecũqꝫ poma stipticãt scias frigidũ & terrestreꝫ chimũ habere· q̃cunqꝫ aũt acetosa vident̃ frigidũ quidẽ · sꝫ subtilium ptiũ· medie vero cplexionis esse q̃ dulcia ad calidius declinare vident̃· sicut que pfecte apoya· i· sine qualitate & valde aquosa ad frigidi⁹ inclinata · vtaris ergo ipsis scđꝫ pdominantiũ humoꝝ virtutes· Austeris aũt pomis quidẽ qñ ꝓpter discrasiã ca· aut ꝓpter humiditatẽ multã atonus· i· sine vigore venter extiterit· põticis auteꝫ qñ sufficiẽter excreuerit huiusmodi· acetosis vero qñ estimaueris i ipso grossum humorẽ collectũ esse non valde aliquid frigidũ tanꝙ· frigidius quidẽ nõ acetosis sed ozimeis indiget . Siccãt aũt ambo grossitiẽ humoꝝ acetosa et ozimea Differunt aũt hec in hoc ꝙ hec quidem cum ĩfrigidatione illa vero cũ caliditate operantur· palam autẽ ex iam dictis sepe ꝙ stiptica quidẽ supfluos secessus restringunt· acetosa humorem quidem grossum inuenientia in ventre diuidũt hunc· subducuntqꝫ sterc⁹ ·& ꝓpter hoc humectãt egestiones· purũ aũt inuenientia ventreꝫ restringunt ipsum magis ·est quidem & aliud quoddã genus chimi non in pomis solum ·sed etiã in omnibus alijs fructib⁹ quod aquosum vocant & apoyon minime quidem bonum stomacho sicut & aqua· Malicia auteꝫ ẽ in pomo talis ꝙ his qui ad esum ipsius veniunt· aut propter delectationem hoc agentibus· aut propter stipticum quando ergo neqꝫ delectabilia sũt comedere talia · neqꝫ robur imponũt ventri sicut stiptica neqꝫ sunt coniuncta roborantibus merito spernenda sunt ·sicut apud nos in asia in multis locis porcis ipsa proijcimus platanistica vocãtes quoniaꝫ gustantibus sũt aliqualiter silia teneris folijs platanorum· Cauere autem oportet pulcherrima poma anteꝙ super arborem sunt matura . Indigestibilia eñ sunt & frigida & tardi secessus· & mali chimi cum hoc frigidũ grossum inesibiliter chimũ habent· Quecunqꝫ auteꝫ bene matura seruant̃ ad hyemeꝫ· & ad ver qđ post ipsum ꝓficuissima fiunt· Sepe etẽm & i egritudinibus i calido cinere assata mediocriter aut in aqua feruentissima bñ decocta· dare aũt oportet ipsa post cibũ statim & quãdoqꝫ ante & cũ pane roboris vẽtris gratia et stomachi his qui sine

appetitu sunt & tarde digerētib9 vomiti
uisq3 & diarricis et disintericis·ydonea
aūt ad talē oportuuitatē sunt ·& que pō
tica· mediocritatē aūt habēt stipticitatis
vt dixi sic prepata deponētibus eoꝝ stip
ticitatē ī tali pparatione·ꝓpter quā stipti
coꝝ pomoꝝ aut piroꝝ esus laxat ventrē
qnoniā audiui quosdaz dicentes subduci
ventrē ipsis post stipticantiū esum· meli
us putaui propter rationem & expientiā
nobis sepe notā quoniā primo· quodam
rectore nostro cōtinuo dicente post au:
sterorum pomoꝝ & piroꝝ esum laxari
ventrē intellexi factū adducensq3 expien
tia discussionē ipsius·post hāc vtiq3 fidu
tialius in alijs ad eandem expientiā veni
volui ꝯdietalez fieri mihi virū saltē vno
die quatenus viderem quādo & quot of
feruntur stiptica. & secundum primam
mox quō consuet9 erat dietari·rogaui ip
sum nihil omnino permutare eoꝝ que se
cundum dietam · Ille autē post balneum
aque non multum ꝓhibens·deinde fenu
grecū & rafanida·& quecunq3 talia mul
tis consueta sunt offerri aliquid aliud an
te illud gustare. & similiter cum ipse co:
medisset superbibēs aliquid vini dulcis
consequenter comedit maluas cum oleo
& garo modicū habentibus vini·& post
aliquid piscis & porcine carnis et auis.
deinde bibēs semel aut secundo modicuz
īntercipiēs comedebat pira austera. & p9
hoc precipientibus nobis ad deambulan
dū, cum paꝝ deambulasset submot9 est
venter ipsius notabiliter · Considerās er
go hoc ordinaui cum amico pro sequente
die ꝙ ego ipsum ꝓcurarē secundū dietaz
primo em̄ post balneum dedi mala & pi
ra comedere ·deinde alia·deinceps vt cō
sueuerat & in his sic factis·non autē no
tabiliter sed neq3 mediocriter secessit ei
us venter. Admirat9 est ergo multo qd̄
factum est· Requisiuitq3 a me causaz ip
sius·at ego illi respondi hec nunc dicēda
Garo quidē dixi cum his que simul cū ip
so sumebantur apto nato subducere ven
trem. & hoc iam preoperāte stipticitate
vltimo sumpta maxime non vigorosis se
cundū stomachū causam fieri subductio
nis · roborando ventrē et ꝓuocando ad
expellendū deorsum ꝯtenta in ipso·magis
autez dixi vtiq3 credens hoc sumens in se
quenti die omnium quidē primo stiptica
secundo autē post ipsa carnes · & omniū
vltimo que cū oleo & garo offerebant̄ ne

quaq̄ inquit mouere· vtiq3 mox maluas
comedens cū oleo & garo optime dixi iu
dicasti. euertūt em̄ hec ventrē et maxime
ipsius os qd̄ ab omnibus iam ꝯsuetū est
stomachus vocari. Confortant aūt & ro
borant stiptica·ꝓpter qd̄ & si aliquis ali9
humor ipsuz euertat ·sicut ꝯtingit aliqui
bus coleris ru·amplior aggregata hec fa
cere que gustauerit stiptica·mox aggre
gat deorsum talē humorē·deinde ostendi
ipsi quendā iuuenem qui ante paucos di
es sumpserat gratia purgationis scamo
nee succū ianq3 transactis horis quinq3
post oblationem· & nulla assellatione cō
secuta anxiari quidē dicentē stomachū.
Intumescere aūt & grauari ventrē·& ꝓ
pter hoc pallescere & deficere·et mihi cō
municasse sinthomata ipsum detmentia·
Qualiter igit̄ hominē curaueriz audi ·du
xi ipsum iuuenē eiq3 p̄sentaui·presentem
& narrantem quomodo quidem ego pre
ceperam comedere aliquid modicum po
mi stiptici aut ḡnati aut piri· & ille quan
do comederat mox alleuiatus fuit a mo
lestijs segregata mox ab ipso multa mate
ria valde ex ventre . Scias igitur dixi re
ctori ·& cui hoc accidens est quandoq3
supercomedis stiptica propter debilita
tem stomachi & ventris ille et magis hº
inquit verum dixisti·Est enim mihi natu
ra talis·quia stomachus meus auertitur
de facili a quibuscūq3 ·Componitur aūt
ex ipsis pomis cibariū mansiuum stiptici
tatis oportunum ad roborationē ventris
debilitati ·In siria autē est vocatū melo
placenta·ꝯponunt aūt edulium mansiuū
sic & ad romā deferunt̄ plene ipso olle
noue·Et componitur dictum eduliū ex
melle & carne pomoꝝ cōminuta & elixa
simul cum melle. adhuc autem & piperis
habet aliquid albi & zinziberis·sed non ē
nunc tēpus doctrīe ipsius albi perfecte
dicte·Et flos arboris citonioꝝ dum est
humidus vel siccus est conueniēs empla
stris in quibus est necessaria stipticitas·
Et quando bibitur cū vino confert spu
to sanguinis· & fluxui vētris & menstru
orū· & vinū citonioꝝ simplex qd̄ est sine
melle confert & abscindit fluxū colericū
et sitim et que ex citonijs sumuntur cum
melle sunt bona vomitui flegmatico et
confortant epar·et muscillago granoruz
eoruz cū zucaro lenit cannam pulmonis·
et humectat siccitatē eius · Auic̄·li·ij·
capi . de citonijs quando abluitur cinis

ramorum & foliorum eius sunt sicut tu=
chia· & rob pomoꝝ eius acescit ꝓpter il:
lud qđ est in ipso de humiditate aquea
frigida· & assatũ est melius & magis cõ
ferens· & eius quidẽ assatio fit quando
cunq; cauat̃ & eijciunt̃ grana eius· & po
nitur in ipso mel & linit̃ luto eius corp⁹
& postea ponit̃ in cinere· frigida ẽ in pri
mo & in fine· & sic· in principio secundi
Et est stipticum ꝯfortatiuum fortiter· &
flos eius ẽ stipticior· & similiter oleũ ipsi
us & dulce ẽ minus stipticũ· & semen ei
us est lenitiuũ sine stipticitate Et ꝓhibet
cursum supfluitatũ ad viscera· & retinet
sudorem· & oleum eius confert scissuris
frigoris & formice· & ẽ vtile vlceribus
scabiosis. Et multitudo eius generat do
lorem neruoꝝ· & assatũ ponit̃ super apo
stemata oculi ca· & eius succus confert
dilatationi anhelit⁹ & asmati & ꝓhibet
sputũ sanguinis. & semẽ eius ꝯfert aspe
ritati gutturis et lenit cannã pulmonis·
& muscillago eius etiã humectat ipsam
cannã· & confert vomitui & ebrietati· et
sedat sitim· & confortat stomachũ recipi
entem supfluitates· Sirupus eius et ipsi
us infusio· & qđ de eo elixatum ẽ ex ipso
vtunt̃ multi ĩ secunda mensa supra vinũ
& ꝓhibet ebrietatẽ· et fit ex eo sirupus
confortans appetituz deiectum valde &
mortuũ· et confortat stomachum· & ꝓhi
bet vomitũ flegmaticũ· & est ꝓuocatiuũ
et iam dictum ẽ ꝙ illud ẽ ꝑ accidens· et
illud qđ cum melle elixatũ ẽ ẽ maxime ꝓ
uocatiuum· veruntamẽ quãdoq; soluit
ventrẽ & nõ stringit· & generat colicam
& dolorẽ ventris pungitiuũ· & confert
dissurie et retinet fluxum menstruoꝝ· &
cõfert arsure vrine· quãdo distillatur suc
cus eius aut oleum ipsius in virga· & cõ
fert oleum eius renibus & vesice· & quã
do sumit̃ post cibũ soluit· adeo ꝙ quãdo
plurimũ ex eo sumit̃ extrahit cibũ ante di
gestionez· & cristerizat̃ decoctio eius ad
eminentiã ani & matricis· Rabimoyses
Citonia a pregnãtibus cõmesta generãt
filios hylares· & cõmestio ipsoꝝ assoruz
post cibũ generat gaudiũ. Sera· li· ag
gre· cap· cafa auct· dyas· Arbor citonioꝝ
& maloꝝ folia similiter· & flos & sum:
mitates sunt stiptice & ꝓprie arboris ci:
tonioꝝ· & fructus eius immaturus est
stipticus· Mala aũt illa que colligunt̃ in
vere generant colerã citrinã & inducunt
inflamationẽ· & nocent neruis et iunctu

ris & mẽbris que sũt de genere neruoꝝ
Sed citonia sunt bona stomacho & ꝓuo
cant vrinã· & si assant̃ sunt meliora habẽ
tibus fluxũ antiquũ & vlcera intestinoꝝ
& sputũ sanguinis & coliricã passionez
& quãdo bibit̃ infusio citonioꝝ confert
stomacho & intestinis ad que currũt su
perfluitates· & quãdo succus eoꝝ sumit̃
confert asmati· et fit ex decoctione ipsoꝝ
cristere ad exitũ matricis· Et quando ip
sa condiunt̃ cũ melle ꝓuocant vrinam· et
mel cum quo condiunt̃ idem facit. quoni
am acquiritur ab eis virt⁹ que abstergit
ventrem· et illa que coquuntur cum mel
le conferunt stomacho· et habẽt saporem
bonũ· veruntamẽ debilioris sunt opatõis
in constringendo ꝙ̃ illa que nõ coquunt̃
et citonia ipsa coquunt̃ et ponuntur in
emplastris ad constringendum ventrem.
et ad inflationes stomachi. et ad aposte
mata calida mãmillaꝝ· et ad duriciẽ sple
nis et emoroydas· et fit ex eis vinũ quan
do terunt̃· et fit ex eis succus et ꝓijciun
tur desuꝑ kist· xvj· mellis vt conseruetur
quia si nõ apponeret̃ mel acesceret· istud
vinum conuenit omnibus egritudinibus
quibus diximus citonia conferre· et fit ex
citonijs oleum et dicitur citoniorum· Et
vtimur eo quando volumus ventrez ali
cuius stipticum reddere· et oportet ꝙ eli
gantur citonia que dicunt̃ licinia et sunt
parua rotunda boni odoris· illa vero que
vocantur saturnion et sunt maiora sunt
minoris iuuamenti ꝙ̃ illa· et flos citonio
rum dum est siccus non humidus est cõ
ueniens in emplastris in quibus est neces
saria stipticitas· et cõuenit apostematib⁹
calidis oculoꝝ· et quando bibitur cum
vino ꝯfert sputo sanguinis et fluxui ven
tris et intestinorum et etiam menstruorũ
Sed illa que dicuntur mellomella molli
unt ventrẽ· et expellunt lumbricos et sũt
mala stomacho et inflatiua ipsius· Sed il
la q̃ nominant̃ ĩ latino arnicata sũt bona
stomacho et stringunt ventrẽ et ꝓuocãt
vrinam. nisi quia sunt debilioris virtutis
ꝙ̃ citonia et ista sunt illa que vocantur a
tyrotypa· Et similia ex eis sunt similia ma
lis in vere nascentibus in stipticitate· Et
oportet ꝙ administrentur citonia ĩ egri
tudinibus in quibus oportet stipticare
antequã ad maturationem perueniãt· Et
idẽ sera· auct· humay· Citonia ꝓuocant
vrinam per accidens et stringunt ventrẽ
Et idẽ auct· aben mesuay põticitas eoꝝ

est plus ponticitate malorum. & qui sugunt ea post potum vini prohibent fumositates vini ascedere ad caput. & no oportet quod aliquis utatur eis nimis. quia faciunt accelerare descensum cibi ante eius digestionem & nimius usus eorum generat colica & dolorem neruorum. Et rob eorum simplex offert colere que generatur in stomacho. & eius quidem miua fortificat stomachum & ieo riat eum. & abscindit vomitu qui accidit ex flegmate. & vinu citoniorum simplex quod est sine melle confert colere. & abscindit fluxum colericu & sitim. & que ex citonijs sumuntur cum melle sunt bona vomitui flegmatico & calefaciunt stomachum & condita ex eis incorporant stomachum & fortificant epar. & muscilago granorum eorum cu zucaro lenit cannam pulmonis & humectat siccitatem

CXCVI.

Cugeg ara. grece hyalon siue hyaon. latine vero vitru. Vitrum fit ex cinere herbe spinose nascentis in litore maris. dicunt quidam quod sunt tribuli marini. sed falso immo vocatur herba vitri Sera. li. aggre. cap. cugeg. Cugeg est vitrum ex eo est lapidosum. & ex eo est arenosu. & quado icenditur & miscetur cu eo lapis magnes coagulatur corpus suu propter plumbeitate que est in eo. Virtus eius e ca. in primo gradu sic. i ter tercio. & ingreditur in multis cohol & aufert furfures capitis. & lenificat capillos & barbam. & quado teritur et bibitur cu vino albo et subtili frangit lapide in vesica. Et ide auc. aben mesuay est ca. et sic. et e bonum pulmoni et casui capillorum. et vitri sunt plures colores. nam ex eo e albus fortis albedinis sicut cristallus. et est melius alijs. et ex eo e rubeus. et e citrinum. et viride. et azulmum. et dicitur quod vitru est lapis stultior alijs lapidibus et e inter lapides sicut stultus inter hoies nam ipm inclinatur ad omne tincturam. et e facilis dissolutionis in igne a quo extractum citro petrificatur et coagulatur Cristallus aute est species vitri. nisi quia inuenitur in minera sua ubi coagulatur. et lege pro ipso literam lapis cristalli. Bulcasim libro qui dicitur seruitor Vitrum sic aduritur teratur et ponatur in crucibulo et sufffletur fortiter donec aduratur quod si non bn aduratur. iterum suffletur donec aduratur quantum oportet.

Cuhabsap .i. que in iuncturis vel flexuris iuncturarum propter sudore fiunt.

Cubarion .i. prassium

Culabra .i. arnoglossa

Culcas est herba habens in se salsedinem et purgat aqua citrinam

Culcam idem

CXCVII

Culcasia vel collocasia grece arabulcas. latine vero caso Plinius cap. de culcasia. Culcasia qua aliqui ciamon vocant nobilissimam hanc in egipto e nilo metunt. caule cu coctus e arenoso in madendo. busso autem qui intra folia emicat spectabili folijs latissimis etia si arbores compare(n)tur ad similitudine eorum que personatia .i. lappago maior dicuntur secundu dyas. in nostris partibus vocamus. aque nili suis dotibus gaudent. ut impressis collocasie folijs in variam specie vasorum potare gratissimu habeant et cetera. Hec herba est qua dyas. vocat fabam egiptiaca. cuius proprietates et vrtutes secundum ipm iuenies in l. faba egiptiaca. et ista fabam egiptiaca vocat auic. hulcas de quo cap. facit in secundo canone Est enim culcasia satis nota i egipto apud mercatores practicates et in siria. et ego ipsam habeo salerni i viridario meo secus spectabile fonte que culcasia vulgari nostro vocatur caso. cuius folia aquis more vasoru plena egrorum et conualescentium mentem delectant. necno eorum animu excitant ad bibendum. Sera. li. aggre. cap. hulcas auct. gal. Hulcas. i. culcasia. In sapore huius plate est acuitas et mordicatio multa et stipticitas pauca. Et virtus eius est ca. in secundo. et quado coquitur confert stomacho. Et ide auct. aben mesuay Culcasia est ca. et hu. et auget sperma. et radix coquitur. et habet bonum sapore et e bona stoacho. et appetitu prouocat et urinam. Est ca. et hu. et auget in spermate. hec herba e multum egiptijs nota. et nascitur iuxta aquas. et habet folia magna et lata. et radix cocta et comesta auget corpus. Paulus cap. de culcasia. Culcasia est herba omnibus nota. et nascitur iuxta aquas cuius radix comesta et cocta stomacho est utilis Isaac in dietis particularibus cap. de culcasia. Culcasia est herba plurimu in egipto nasces aliquantulu pontica cu acuitate. unde monstratur ca. et humida. Cuius radix si elixetur acume emittit. et viscositas qua prius latenter habuerat in ea aperta fiet. Ideoque duri

grossiqꝫ nutrimēti est generatiua. sed cū sui pōticitate stomachū cōfortat. & ven trē cōstipat. Si tñ moderate comedatur bonū generat nutrimētū. valetqꝫ disinte ricis cū viscositate & pōticitate quā hēt

Auicē. li. ii. cap. Hulcas vel culcasia. Est plāta in qua est assimilatio de alisnen Cali. est et sic. in primo. & in ipsa est sal sedo cū stipticitate: & ptes ei⁹ nō sunt si miles. & est cū inflatōne pauca. fit ex ea gargarism⁹ cū lacte ipsi⁹ & sale. et ī egi pto decoquitur cū eo caro. & frigīt cum oleo. et est illis cibꝫ q̄ solutōe educit aq̄m citrinā: & ꝓprie semē ei⁹. et succ⁹ ipsius & minoratur ex ea vt debilitet. ꝓuocat vrinā. & generat spma. & expellit colerā & aquositatē cū facilitate. & potus eius sit ab vna ūcialibre vsꝫ ad duas ūcias lib.

Culsura · i. species luti que dicit̄ magra

Culx culicis lazenzala & est quoddaꝫ ge nus musce.

Culef	· i. salix
Cule	· i. vēter. s. stōac⁹
Culi	· id est. solis grana
Culbi	idem
Culbion	· i. cimbalaria

Culoidon. id est sida vel bleta siluestris.

Culobria	· i. brionia
Culosartios	· i. mentastrum
Culopartios	idem
Culules	· i. sisimbrium
Culuiex	idem
Culuigen	· i. galāga
Culubrios	· i. anetum

CXCVIII.

Culb vel culibi vel calibi. arabi. grece litospermon eraclion vel halistos. vel bathāgliscos. vel astorchos. latine vero miliū solis. Se ra. li. aggre. cap. culb aut. dyas. Culb est herba cuius folia similātur foliis oliue. ni si qz sūt maiora eis & molliora et latiora & sunt eis inferiora. declināt versus ter rā velut stent supra ipsā. & hēt virgas eleuatas subtiles sicut squinātum. & ī sū mitate virge est simile ramulo diuisuꝫ in duas ptes. in quo sūt folia minuta. & iu xta quodlibet foliū est semē albū durum fere vt lapis rotundum in magnitudine orobi parui. nascit̄ ī locis asperis et altis

Dyas. ca. Litospermon eraclion voca tur propter fortitudinē semmis. eius fo lia sunt similia foliis oliue: sed latiora & oblōgiora. & virgas tenues in grossitudi ne iunci lignosas. & in sūmo virga diui sa est. in qua folia minuta sunt. vbi & se men rotūdū & lapidosū est et album pi se simile. nascitur locis asperis et altis

Posse. Dyas. Virt⁹ est ei mictualis. et semen eius bibitū cū vino albo calculos frāgit. & vrinā ꝓuocat Plinius ca. Ba thāgliscos. est semē eius herbe que dicit̄ astoros quod si quis biberit frāgit lapi dem. & ꝓuocat vrinā. Paul⁹ cap. cale bi. Calebi. i. granū solis. ꝓuocat vrinā & mēstrua. & est cali. & siccū in tercio gra du. & vinū decoctōis ei⁹ & puluis ipsi⁹ in cibis sumpt⁹ soluit strāguiriā & dissu riā & yliacā passionē

CXCIX.

Cumechre ara. gre. cumetiran. latine vero pira. Sera. lib. aggre. ca. cumechre. aut. Gal. Substātia ei⁹ est oposita ex substātia ter rea et aquosa. Et si vis potest aliter dici q̄ vna scꝫ eius ps est frigida. & alia tēpa ta. & sapor piri est stipticus cū dulcedie aquosa. & virt⁹ pirorū est desiccatiua. et cōglutinat vulnera sine aliquo medica mine. & quādo comeditur fortificat sto machū. & sedat sitim. Siluestre vero est magis stipticum. & plus incorat. et cor rugat stomachū. & ideo plus cōglutiāt vulnera. & ꝓhibet fluxum humorum.

Et idem aut. aben mesuay Quādo qd cūqꝫ eorū coquit̄ vel domesticū vel silue stre cū fūgis aufert maliciā eorū. et maio ra ex eis sūt fortioris virtutis q̄ pua. par ua aūt sūt nutribiliora q̄ citonia. & rob pirorū abscindit fluxum colericū. et inco riat stomachum. & pira ꝓprie generant colicam. & oportet q̄ sumatur post ipm vinū mellis factū cū specieb⁹. Dyas. cap. de piris. Piri multe sunt spēs: sꝫ sti ptice oīs. vnde ad reumaticas passiōes cataplasmatib⁹ adhibita faciūt. et reuma cōpescūt. Elixatura eoruꝫ ad oīa prefata iuuāt. & si ipsa pira a ieiuno comesta fue rint abstinent vētrē. & piri siluatici spēs sūt que tarde maturescere possunt pl⁹ sti ptice q̄ supradicte. sed similibus causis ꝓsunt. ꝓhibent quoqꝫ aliquī fūgos vene nū amittere si cū piris fuerint cocti.

Auicē. li. ii. cap. de piris. In ipsis sūt terreitas et aquositas. & in nostra quideꝫ terra est spēs que dicit̄ senabrud. et habꝫ magnā capacitatē. et est vehemētis rotū ditatis et sbtilis corticis et boni coloris quasi peruium quasi ipsū sit aqua zuccari

coagulata plurimũ · sed non ꝓpter spissi
tudinẽ substãtie boni odoris valde: qđ cũ
ab arbore sua cadit sup terrã destruitur ·
& isti sũt in quibus nõ est nocumẽtũ de
speciebꝰ pirorum · Pira que nominantur
senia sunt frigida in primo · et sicca ĩ secũ
do · Serabrud vero sunt temperata humi
da. et oĩs species eius sunt stiptice ĩtrã
tes ĩ emplastris retẽtõis materieꝝ · et q̃n
doq̃ abstergũt parũ. & eorũ humor est
plurimꝰ et laudabilior humore pomorũ
scđm q̃ dixit rufus · Ea aũt que dicta sũt
scenabrub in terra corasceni absq̃ aliis di
cta sũt lenitiua nature: et boni chimi · val
de ꝯsolidãt vulnera et proprie siluestria
exiccata · & sũt preparatiua stomachi · &
abscidũt tussim: & sedãt colerã · & strin
gũt vẽtrem: & ꝓprie que sũt exiccata. et
in piris quidẽ est proprietas faciẽdi eue
nire colicã · quare oportet vt bibatur pꝰ
ipsa de ydromelle cũ spẽbꝰ que sũt vt pi
per · cĩnamomũ · & his similia · et eoꝝ rob
cõfert fluxui vẽtris colerico · Omis speci
ei eoꝝ vehementis stipticitatis · & tarde
maturatõnis est · & cura fũgorũ mortifi
cãtiũ. & quãdo isti fũgi coquũtur cũ pi
ris minorat̃ nocumẽtũ eorum

Cumeos · i · gũmi
Cumethre idem
Cumecre idem
Cumetiran idem ·
Cuminum · i · cimmũ
Cumi · i · gũmi
Cumni idem
Cuncasor · i · barba siluana
Cundos . i · condisi · a dyas ·
vero vocatur strutiũ · & est inducẽs ster
nutamẽta sicut elleborꝰ · Et plinius vocat
ipsũ radiculã · Paulꝰ vero ait · condisum
est radix interiꝰ citrina: exteriꝰ nigra · &
plãta eius assimilatur plãte dicte canatia
& ipsa verius est in radice similis piretro
& c̃ · l · l · condes ·
Curasie · i · blactebisantie ·
Curara · i · muscillago que
egredi͛tur ĩ tenasmone & ĩ fluxu vẽtris ·
Curati · i · frusta subtilia ·
Curaci idem.
Curaf . i · apium
Curac · i. corrodẽs

CC.

CUrat ara · latine porrũ Sera ·
li · aggre · cap · curat · Curat . i ·
porrũ · Ex eo est domesticũ. &
est hyspanicũ · & est ex eo nabati · et est
mõtanũ · Et ex eo est porrũ viee et porꝝ
agreste · et mediũ inter porrũ et alliũ · Et
repitur virtꝰ huiꝰ inter virtutẽ porri &
allii · sicut inuenies in · l · taum · Et ꝓpter
hoc est magis dasiccatiũ et acutũ q̃ por
rũ domesticũ · & cetera cuncta egrestia
acriora sunt domesticis · Et medicine que
calefaciũt illa calefactõe sunt in fiẽ gra
duũ · & ob hoc est malum stomacho. & ẽ
acutũ incisiuũ grossorũ humorũ magis
aperitiuũ oppilatorũ organorũ · & eiꝰ opa
rio est plus q̃ domestici · & ꝓpter hoc ꝓ
uocat vrinam et mẽstrua: et potissime q̃n
do retinent̃ ꝓpot̃ humores frigidos gros
sos & habz tñ de calefctõe q̃ vlcerz quã
do applicat̃ corpi exteriꝰ · & nos iam di =
ximꝰ q̃ omnes medicine que calefaciunt
illa calefactõne et vlcerant sunt in fine g̃
duum · Posse · Sera · auto · dyasco · Por
rum domesticũ incitat libidinẽ · & quan
do miscetur cum melle: et fit inde lohoc
& confert dolori pectoris et vlceribus
pulmonis · & quãdo comedũtur etiã mũ
dificãt cannã pulmonis · & quando quis
assuefacit cibum eius · inducit obscuritatẽ
visus · & est malũ stomaco · & quãdo aq̃
eius miscetur cum mellicrato et exhibet̃
confert morsibus venenosis · Et quando
fit emplastrum cum porris ipsis. et poni
tur supra locum morsus facit hoc · & q̃n
do miscetur cum olibano · et aceto · & la
cte: et oleo rosato · et distillat̃ in aurem ·
confert dolori eius · et tinnitui qui fit in
ea · & quando fit emplastrum cum eis et
sumach: aufert verrucas. & quãdo fit em
plastrum cum eis et sale mundificat vlce
ra sordida · Et quando bibitur ex semine
porri et granis mirti ana · ℥ · ii · siml' tritis
abscindunt sputum sanguinis antiquum
a pectore · Et idem auto · rufi · Porrũ ꝓ
uocat mẽstrua et fetꝰ · et aufert eructu
atões acetosas · & mollit ventrẽ · Et idẽ
auto · iudei · Proprietas autẽ est q̃ destru
it dẽtes et gingiuas · Et idem aut · aben
mesuay · Nocz vesice et renibꝰ quãdo sũt
in ipsis vlcera · & folia porri de seni cõse
rũt mrĩci ex ꝓpetate q̃ ẽ ĩ eis · qm̃ ẽ in eis
hũiditas q̃ fcit lubricare fetũ · et sem̃ por
ri q̃n fũigat̃ ex eo anꝰ desiccat fistulas q̃
sũt ĩ eo · Sz porꝝ viee ẽ deteriꝰ stomaco
et ẽ calidiꝰ · et mag̃ ꝓuocat m̃strua · et q̃n
comedit̃ ꝯfert morsui venenoso · Paulꝰ
capitulo da porro · Porrũ adustũ mixtũ
cũ melle et inunctũ curat ragadias seu
scissuras que fiũt in labiis ·

Curinab alle ·i·antrax
Curema est radix crocei coloris· & est celidonie minoris
Curcuma idem·
Curelia ·i·corrigiola
Curich ·i·iunc9 de nilo
Curic idem
Curiati ·i·mellilotũ
Curogi ·i·citrum
Curosian ·i·scordeon
Curoblasi ·i·napta
Curugen ·i·mellissa
Curbur ·i·coriãdrum
Curt ·i· arbor acacie vel gũmi arabicũ quod est eius gũmi
Curch idem
Cusamon ·i· peucedanum
Cusamion idem
Cusbaralbel ·i·capillus veneris
Cusoaria ·i·almea
Custos orti·pẽtadactil9·gira solis·colũba pasteõ paramistriõ idẽ· & ẽ cataputia
Cusus ·i·edera
Cussus idem
Cuscute rasca lini popagra lini bruncus draascus idem·& qd ẽ·l·l·ehasuch
Cuscute romanũ ·i·absinthiũ
Custu ·i·costus
Cute ·i·eupatoriũ
Cutre idem
Cutrelion ·i·antera
Cutinorostas ·i· caduc9 flos mali punici
Cutis arietis quid est·l·l·geldalcheth
Cutim ·i·balaustia
Cutub est quedaz species melancolie
Cutubuth idem
Cuturac ·i·saturegia
Culeganus ·i·galãga
Churice ·i·affodillus
Chulem ·i·herba capillatia

CCI·

Culef ara·grece itee· latine vero salix· Sera·li·aggre·cap̃·culef·Culef·i·salix·folia et flos et rosa eius habẽt in sapore põticitatem· & virtus salicis est desiccatiua sine pũctione. Cortex vero ipsi9 siccioris est cõplexionis sicut sũt omnes spẽs corticis· vñ administrat᷑ in glutinatõne vlcerũ· Sed flos & rosa eius admĩstrant᷑ et admiscẽt᷑ in omnib9 medicinis et vnguẽtis desiccatiuis·Et sunt ex hominib9 qui accipiunt flores & rosam et succũ ipsius · et cõponũt ex eis desiccatiuã medicinã:q̃ cõfert in multis. q2 desiccat sine mordicatõe· & ꝓprie q2 in ipsa est stipticitas pauca· & quãdo cõburunt᷑ eius cortices & conficiuntur cum aceto administrãtur in oĩbus egritudinibz in quib9 necessaria est desiccatio:sicut in verrucis : et proprie in rotundis & in verrucis similibus capitib9 clauorũ et in verrucis infixis in cute·eradicat eñ eas quãdo fit sup eas linitio·& quãdo euellitur cortex eius tempore quo emanãt flores & colligitur gũmi ei9·hẽt hoc gũmi virtutẽ abstersiuã et subtiliatiuã·& ideo administrat᷑ in omnibus egritudinib9 que accidũt pupille. & faciunt impedimẽtũ visus· Et idẽ auto·pauli· Virtus foliorũ et corticũ & fructus salicis & succi eius est stiptica·& est fri· & sic· complexionis in primo gradu·Et idez auto·bedigor·Quãdo bibũtur folia eius trita cũ pipere & vino pauco conferunt colicis·& quãdo sumitur cũ aqua prohibet impregnatõem·& fruct9 eius cõfert sputo sãguinis quando bibitur· et cortex eius similiter facit hoc·& succ9 foliorum et cortex eius trit9 cũ oleo rosa·si bullierint in cortice granati:cõferũt dolori aurium . & ei9 decoctõ administrata super pedes podagricorũ cõfert eis multuz·& mũdificat furfures capitis . & colligitur humiditas ab ea deflues quãdo excoriat᷑ a cortice suo quãdo incipit apparere flos ei9·qm̃ repitur intra corticem humiditas cõgregata que abstergit oculũ·& aufert tenebrositatẽ eius·Proprietas salicis est que extrahit sãguisugas adherentes gutturi·et glutinat vulnera recentia· Et idem auto·aben mesuy Folia salicis bibita ꝓhibẽt ĩpregnatõem·et cõferũt fluxui sanguinis·et lac quod egredit᷑ ex eis acuit visum·et abradit pilos· Et idem aut· pauli. In foliis salicis et salice non dixit galien9 aliud· Gali·vii.phar·cap̃·ytee Ytee siue salix vtetur quidem aliquis et foliis ad sãguinolẽtoꝝ vulnerũ cõsolidatõem· sed maxime flore eius fere omnes vtuntur medici ad cõfectõnem siccatiui emplastri·est eñ vis eorũ suauis siccatiua·hẽt aũt et quiddã stipticitatis·Quidã vero et succũ faciẽtes ex eis immordax et siccatiuũ hẽt pharmacũ ad multa utile·nichil eñ magis occurrit visui q̃ pharmacum:immordaci9 siccãs parũ sed stipticãs sicut in tractatu de compositõe pharmacoꝝ pleni9 dicet᷑·Cortex etiã h9 arboris

similis est tã frondiũ ꝙ florum virtuti. pterꝗꝫ ꝙ est siccior scđm cõplexionẽ. sed huc quidã accedũt. & vtũtur cinere ĩ oĩbus his que violẽter indigẽt desiccari: sicut sigiles et chiles. i. mirmiceas. auferũt ipsũ madefaciẽtes aceto acri. quidã vero tẽpore florẽdi incidẽtes corticez liquorẽ quidẽ colligũt et eo vtũtur in obfuscantibꝫ pupillis: cũ sit pharmacũ abstersiuũ simul et subtiliatiuũ. cũqꝫ sit huiusmodi poterit eo vti et ad alia multa

Churcar	i. cardamen
Crusca	i. puluis
Crusca cymolea	i. puluis cymolee.
Crusca fymolea.	i. puluis ceruse
Crub	i. caulis
Crunil	i. rubus

Daaren. i. cubebe

Daarision. i. risi

Daablectos. id est. blactebisantie.

Dailidis. id ẽ. aristologia longa

Daicoleos gre. latine digitus. nam dactilus est vnꝰ ex quinqꝫ digitis

Daurach	i. põdus
Dausir	i. bauena
Daac	est semen baucie siluestris
Dauguan	est mẽsura liquidorũ: põderãs libras. xliii.
Daumaram	i. ozimũ
Daucus grece	i. baucia vel pastiaca latine.

Vnde daucus alius est asininus aliꝰ domesticꝰ. quãdo p se ponit̃ daucus debet intelligi pastinaca siluestris. i. daucus asinĩꝰ. vt ioħ. Sera. cap̃. de tyriaca & Gali. secũdo de eduliis circa finẽ. vt pꝫ in. l. lesas. licet cassiꝰ fe. cap̃. đ empicis dicat: quãdo p se ponit̃ ꝙ est semen baucie ortẽsis. & est daucꝰ siluestris vel asinĩꝰ melior cretico. & dicit̃ creticꝰ: quia ĩ creta insula inuẽtus est priꝰ. Et dicit̃ asinĩꝰ qꝛ est cibus asinoꝝ. Creticꝰ aũt est maioris efficacie: & hoc propter terre disposi tõem meliorẽ. p quo. l. l. lesa

CCII.

Dabalch ara. vel bele vel bisos grece et latine viscꝰ. Sera. li. aggre. cap̃. dabalch auto. dyas. Melior ex eo est nouꝰ qui similis est ĩ colore suo colori pori. exteriꝰ vero est subrufꝰ sine asperitate & sine furfureitate. et fit ex fructu rotũdo puo qui nascit̃ in arbore glãdiũ. & eius folia sũt sicut folia arboris bussi. fructꝰ ergo iste contunditur et abluit̃. deĩde coquit̃ in aq̃. Sunt aũt quidã qui masticãdo fructũ ipsuꝫ faciũt viscum. repit̃ etiã in arbore piroꝛuꝫ & maloꝛũ. & in multis aliis arboribus. et aliquãdo in radice arborum aliquarũ paruarũ. & latine vocat̃ hec planta vissago. vidi aũt ego in monte nabasat homines qui faciũt ex arbore magna que nascitur apud eos. & apud ipsos vocatur tarabella. & latine vocatur caprifolium. Accipiunt quidem ramos ipsius et excoriant eos faciẽtes fasciculos & infundunt in aqua. & dimittũt sic aliquo ex mẽsibꝰ deinde cõtũdũt cõtusione forti. et fit ĩde viscꝰ bonꝰ. & virtꝰ eꝰ est similiter q̃ subtiliat attrahit & dissoluit: quia hẽt virtutẽ resolutiuã. Dyas. cap̃. viscꝰ scđum trãslatõem nostrã. Viscus in ramulis nascẽs a quodã aĩali volatili scꝫ turdella viscatur. nam illud si moratur ĩ ramulis arborũ glutinatur. & ĩde nascũtur virgule plurime: et fit viscus qui semp viridis inuenitur. Est aũt optimꝰ qui in arbore quercꝰ crescit. & qui est mundus subuiridis. & si extẽdat̃ nõ corrũpit̃ sed vt membrana extenuat̃. Galienꝰ. vi. sim. phar. cap̃. de visco. Substãtia visci est composita ex aquosa substãtia et aerea. & de his ambabꝰ est in eo multũ: & ex terrea pauca. & in sapore eiꝰ est acuitas plusꝗ̃ amaritudo. & virtꝰ eius est que calefacit nõ tamẽ cito quãdo apponit̃ corpi. sed pꝰꝗ̃ facit moram in corpe sicut facit tapsia. & nos quidem diximꝰ ĩ his que precesserũt ꝙ hec res inuenit̃ in medicinis quaꝝ virtus est que calefacit. cum quarum calefactõne est humiditas superflua indigesta virtutes hẽt acres. duricies mollire põt nã de pfundo extrahit humorẽ cuꝫ vehemẽtia. & nõ subtiles tantum sed & pingues digerit. mox quidẽ non calefacit. sꝫ tempore diuturno impositꝰ calefacit vt tapsia Aui. li. ii. ca. de visco. Viscꝰ est notus omnibus: et eius quidem fructus similis est ciceri nigro nõ sincere. rotũdꝰ virgulatus frãgibilis ex quo manus muniscãtur. eius autem minera est arbor ferẽs glãdes. et pira et mala in quibus sunt virtus aquea et aerea multiplicate valde. ꝗ̃ ex eo bonus est. est recẽs planus coloris pori interius. viridis exterius. teritur & & lauat̃. deĩde coquitur. & nõ calefacit. nisi post moram longã sicut gummi rute

agrestis. & est debilior ea in hoc. et in ipso quidez est hūiditas superflua indigesta & est ca. & sic in tercio. et est resolutiuus resoluit enī humiditates grossas ex profundo corpis propter fortitudinē virtutis attractiue et lenit. & dixerūt quidam q̄ non inest ei opatō in humiditatib? nisi tenuib?. Posse. Sera. auto. dyas. Quā do visc? miscet̄ cum resina pini maturat apāta que fiūt in radice auris. & alia apāta. & qn̄ miscet̄ cū olibano curat vlcera ātiq. & quādo miscet̄ cū calce & cuz lapide gagatis aut lapide asio. & coquit̄ cuz eis. & ponit̄ super apāta fraudulēta. aut sup duriciē splenis curat. & resoluit apostemata et duricies. & quādo miscet̄ cuz auripigmēto citrino atu rubeo. & ponit̄ sup maculas aufert eas. & quādo cū calce miscetur et rob excludit vngues. Auicen. Visc? eradicat vngues malas cū super eas ponitur cum arsenico. et resoluit apāta frigida: et proprie cōfortat̄ cuz calce. & lenit vlcera antiqua. et vulnera mala. & lenit iuncturas cū tāta cera quātuz est ipsū. et cū equali pōdere sui de resina pini. & cōfert apātibus frigidis post aures. & mixt? cū gummi pini et cera extenuat splenē cū super ipsuz ponitur cū aliis quib? reb? ipsū confortātibus sic est calx & hui? modi

Dabath. est animal magnū rapax mai? leopardo. & aliquando leone quod quādoq3 claudicat. et ideo vocatur claudicās &c̄. & in de regali dispositōne vocatur papilio. claudus in terra nostra vulgo dicitur. in siria dicitur cabace?. ad formā lupi vergit

Dablan. est spēs palmarū.

Dabac .i. viscus

Dabeten est nomen cuiusdā fluminis.

Dabendrine. idē qd̄ succ? acetosus

Dabem idem succ? vt sup.

Dabeget est nomen cuiusdam insule

Dab est quoddā animal vt lacerta magna vētricosū. & latine vocatur ballecola. sterc? eius lmit̄ sup pannum et lētigines. & cōfert albugini oculi & descensioni aque ad eū. Auicē.

Dacalios .i. yreos

Dacafios idem

Dacanto .i. sterc? bouinum

Dacausticis .i. balaustia

Daccfion .i. daucus

Dacrecessaan .i. alkikil

Daciasis .i. siseleos

Dacrin .i. gummi

Dactilorum .i. alkasbis .i. sicci.

Dactilus indus .i. tamarindo?

Dactili epatici .i. rubeus piguis vt epar.

Dactilidis .i. aristologia

Dadarich .i. cātarides

Dadarus .i. opoponacū

Dadafilion .i. fili? āte patrem

Dadi. dicit Auicen. q̄ est granū simile ordeo lōgius et stricti? et solidius. amarū q3. scribitur aūt dechui sed corrupte. Sera. li. aggre. cap. dadi. Dadi est fructus in balda. & est granū simile ordeo amari saporis. teritur et cōficit̄ cū variis in bada. & fortificat odores. et corroborat ad inebriādum.

Dadion .i. deda et ē lignuz omnibus notū

Dadis idem

Dadion mascul? est id quod grece vocatur androsomon

Dafarbachali .i. blactebisantia

Daferion .i. ferula

Dafintes .i. russi

Dafimidis .i. muscillago

Dafrie .i. ypoglossos

Dafulsum .i. piper longum

Dafuide .i. laureola

Dafrus .i. laurus. inde diafreuleon .i. laurinū oleū

Dafrutis est scd̄m dyas. qdā species cassielignee.

Dafrues est medicamen metallicū. & est de frigis

Daga est mordicatio facta a stercore

Dagabaot .i. aconitum

Dahag .i. tora

Dahamethe lapis adamas

Dahasion .i. rapa

Dahasioni idem

Dalac ē fera similis vrso

Dalmaram .i. ascebram

Dalpa est arbor dactilorz

Daledon est nomen cuiusdā fluminis

Dalmedoma idem

Dalin .i. strucio

Dalimus .i. rapella

Dalidos .i. pistatia

Dalx. .i. cortex

Damathan vel mulco draconis. id est.

sãguis draconis
Damarach ·i·panis
Damasismon ·i·fistula pastoris·
Damasomion siue altisma Gal·vi·sim·
phar·cap̃·damasomion siue altisma· De
hac herba narrat dyas·tanq̃ eius radix si
batur sanare dissurias: vẽtrẽq3 stringere
& tumores sedare· Nos tñ hoc non expti
sumus·palã autem q̃ quandam habet ab
stersiuã virtutem
Damilla ·i· animal simile ca
priolo de han
Damifligon· ·i·vsnee
Damiseum ·i·ellenum
Damurta ·i·cubebe
Damurion ·i.balsamita
Damul ·i·polium
Damula ·i·aĩal sil'e capriolo
Danich est nomẽ ponderis·viii·granorũ
ordei scd̃m aliquos·vi·granorũ · et aliq̃
dicũt q̃ est aure?:j· & aliqui dicũt q̃ est
põdus triũ g̃norũ ordei & verius
Danic· idem
Danici est põdus qd̃ ẽ me
dietas triũ granorũ ordei
Dapeleon ·i· oleũ d̃ laureola
Dapneleon idem
Dapnelion idem·
Dapte ·i·leborac
Daptene ypoglo
Dapium ·i·manipulum
Dauphius ·i·laurus·
Dapnides ·i·victoriola & ẽ sel
Dapnidos idem
Daptilus quid est·l·l·ponthab
Daranus·id ẽ.bardanus·l·l·lappa rob·
Dardanus idem
Darsanum scripsit steffan? ꝓ darseni:et
idez sũt·et est cĩnamomũ· & est ꝓ̇ma spe
cies ei?·l·l·darsen
Daren est nomẽ põderis·
& põderat nonã ꝑtem ·ʒ·& sic accipieba
tur ãtiquitus·et est dragma vna·vt infra
patebit ĩ·l·dragma· Moderni vero octa
uũ·ʒ·ꝓ·ʒ·& ꝓ daren accipiũt
Darcesaban id est·filuium

CCIII·

DArsen ara· grece et latine cina
momũ· Sera·li·aggre·ca·de
cinamomo·Cinnamomuz dicit̃
in lingua ꝑsica arbor sceni·et est darsen·
Et darsen quidem sũt ml'te spẽs.& deno
minatur pluribus nomĩbus et diuersis se
cũdũ diuersitatẽ locorũ·sed ex speciebus
eius melior spẽs est illa q̃ dicit̃ massolites
q2 hẽt sil'itudĩnẽ cũ cassialignea q̃ etiã d̃r
massolites Et meli?cĩnamomũ ex ipa spẽ
ẽ illd̃ qd̃ ẽ nouũ nigrũ cinericiũ cũ rubore
& est subtile lene·& rami eius sunt spissi
pleni nodis habẽtes odorẽ bonũ·et meli?
ex hoc etiã est qd̃ cum optio odore suo ẽ
acre:& sicut odor rute·& ꝑtinet ad odo
rem cardamomi.& est in eo acuitas ymo
mordicatio lingue·& parũ salsedinis·&
quãdo frãgũt̃ rami e? eleuãt̃ puluẽs odo
riferi·cui? odor supat omnia que sunt cir
ca se· et de experiẽtia bonitatis ei? est q̃
qñ rami ei? euellũtur a terra · radix eius
euellitur facile cum eis·et melius quidem
est illd̃ quod replet subito fauces suo va
pore in primis quãdo gustatur· Et ẽ spe
cies alia cui? odor est similis odori cassie
et hẽt bonũ odorẽ et coloris subrufi·cui?
cortex est similis cortici cassielignee .et
tale est durũ tactui·& hẽt radicem gros
sã·& odor est similis odori mirti aut odo
ri cassie.& odor eius est cũ quadã pigue
dine·et est min? in bonitate et melius ex
hoc est hñs alba ligna rugosa·Illud vero
quod est lene grossum nõ est alicuius iu
uamẽti·Et inuenitur alia spẽs cĩnamomi
que dicitur nasor·& est grossa planta nõ
hñs fortem odorem·& est debili? alio·&
est ex plãta cinnamomi quod nominatur
cirumquimoz siue zimarni ·que habz simi
litudinem cum cinnamomo in apparentia
Sed differẽtia que est in eis est piguedo
illius odoris·Sed illd̃ quod dicitur kerse
est simile cinnamomo in radice sua et ml'
titudine nodorũ· & est cĩnamomũ ligno
sum·& est ligna fortia et longa · & boni
tas odoris eius minor est q̃ cinnamomi
Quidam putãt q̃ kerse est alia species a
cinnamomo que sit alterius nature ab eo
Dyasco.scd̃um trãslatõez nostrã cap̃·
de cinnamomo · Cinnamomi genera mul
ta sunt:sed melior est omnibus que est si
milis cassie massolites qui recens fuerit
et niger colore: & qui missus in vino sol
uat se·virgulas habẽs teneas et lenes &
nodis plenas·et cum odore pleno veluti
rute acer atq3 mordax gustu in similitu
dine nasturtij seminis cum q̃dã salsitudi
ne et feruore et ꝑua viscitudine·cuius ha
ste cum fregeris emittunt pulueres odo
re omnia vincentes·has hastas cum a ter
ra euulseris:radices earundem sequuntur
hec ẽ ꝓbatio opti cĩnamomi· Est etiã al
terum genus cinnamomi montanũ tactu
asperius·hoc grossius ẽ et subrufũ colore

Terciũ gen⁹ ē sil'e cassie masselliotice s̄bni gellũ coloꝛe· tactu lene & non ml'tos no dos hn̄s· Quartũ gen⁹ est coloꝛe albo ta ctu molle simile cassie :in roboꝛe grossuꝫ & fragile· & radicib⁹ maius· Quintuꝫ ge nus est odoꝛe simile cassie· coloꝛe subꝛufũ & coꝛio cassie simile· hastā ī se habēs for tioꝛē cũ radicib⁹ grossioꝛib⁹ similibus li banotido· & multas hastas retinens sil'es mirte et cassie: sed nõ tātũ odoꝛe plenum Eligēdũ est aũt cīnamomũ pꝛimi generis coloꝛe subnigrũ scabꝛosũ· & semē habēs simile piperi· & lene lignũ· cuius radix in utilis est· Sextũ gen⁹ est cinnamomi qd̕ appellatur lotos et motos: sed nec v̕tuteꝫ nec odoꝛē habet. Septimũ genus est qd̕ a grecis noīatur xilocīnamomũ· id ē· lignũ cīnamomi· radicē habēs maioꝛē cũ hastis nodosis similib⁹ cinnamomo· & in odoꝛe nõ suaue. hoc dicũt aliqui meli⁹ esse cīna momo· Gali· vii· sim· phar· cap̄· de cin namomo· Cinnamomũ sũme est subtiliuꝫ pcium· nõ tñ sũme cali· sed in tercio g̃du · & desiccatio ei⁹ est sicut calefactio ipsi⁹ ꝓpteꝛ s̄btilitatē s̄be sue· sꝫ cānella cīnamo mũ est quasi cinnamomũ debile· et quidā etiā caltion vocāt cīnamomũ· & quidam sũt qui noīant cinnamomũ aꝫet Posse do· Dyas· Virtus aũt omi cinnamomo ē calida et diuretica & malactica et leptin tica· & potatũ cũ aq̃ secũdinas mulieruꝫ excludit· & mēstrua ꝓuocat· Melius his reb⁹ opitulat̄ si mirre fuerit mixtũ · vene natis moꝛsibus occurrit· vel veneno pota to· caligīes oculoꝛũ detergit cũ melle tri tum· maculas vel lētigines de facie p̄gat· tussim sedat· catarrũ mitigat · hidꝛopicis medet̄· nefreticis vtiliter dat̄· miscet̄ eti am cõfectõib⁹ ocularis: & in oīb⁹ vti lioꝛes inuenitur vires habens et gustum acrem extensa stringit· & in antidotis p̄ci osum est· Sera· aut· Gali· Substantia ei⁹ est subtilis· & virt⁹ est ca· in tercio· et nõ est aliqua medicina calida cuius desic catio est sicut desiccatio eius ꝓpter subti litatē sue substātie· Sed illa spēs que dici tur keise est cīnamomum quasi debile· & sũt quidā qui noīant cīnamomũ ꝫoꝛ · Et dixit Galien⁹ in libro de cibis ꝙ cinnamo mũ aromatiꝫat stomachũ· & cõfert frigi ditati e⁹· et frigiditati epatis· & facit eue nire sõnum· et apit oppilatões· et ꝓuocat mēstrua· et abstergit obscuritatē vis⁹· & desiccat humoꝛes qui sunt in capite et in stomacho· Et de ꝓpꝛietate vsus eius ē ꝙ vsus comestionis est cõferēs obscurita ti visus que accidit ab humorib⁹· Et id auto· dyas· Cinnamomũ ingreditur cõfe ctõem medicinarũ odoriferaꝝ bonarum & est maximi iuuamēti· & teritur et con ficitur cum vino bono· & fiunt inde troci sci· qui desiccātur et reponũtur in vmbꝛa & sic virt⁹ ei⁹ diuti⁹ seruari põt Aui cēna li· ij· cap̄· de Cīnamomo· Vltimũ est in subtiliatõe attractiuũ· aperitiuũ· recti ficās om̄eꝫ putrefactõem· & om̄eꝫ v̕tutē coꝛruptā· & om̄eꝫ saniositatē humoꝛalem Et idē in li· de virib⁹ coꝛdis ait ꝙ cõfoꝛ tat cor·

Darseni	idem quod supꝛa·
Darion	est quedam tunica
minoris itestini	
Darin·	·i· manipuli
Darisir	·i· auena
Dardias cerach:	·i· fex vini
Darkimi	·i· ꝫ· ii·

CCIIII

Darsisabā vl' mahat vl' michad· vel kilkil ara· grece aspalium· latine vero arboꝛ granati silue stris· Darsisaban est arboꝛ quam dyasco rides vocat aspaliũ· Ioh̄· Sera· in· ij· cap̄· de trifera dicit ꝙ est beteramen · & apud Sera· auto· cuiusdā vocat̄ airac· et ē arboꝛ granati siluestris. & fruct⁹ ei⁹ vo catur bel· & est arboꝛ spinosa cui⁹ lignuꝫ est rubeũ vel purpureũ s̄c͠dm almāsoꝛem habet floꝛem citrinũ· in barbaria vocatur aldani· ingreditur in trociscis andꝛomaci tiriace maioꝛis· cui⁹ loco ponit auicenna fructũ aliēbut· Sera. li· aggre· cap̄· ma hat· Mahat sunt vene arboris granati si· uestris que nascitur in seni vltra mare· & in coꝛascen· & sunt vene grosse albe colli gũt in haꝫmen· & eius mala granata sunt sicut mala granata domestica in pꝛīcipio oꝛtus eoꝛum· et coloꝛ est inter rubedineꝫ & viriditatē· & intra malũ eius sunt gꝛa na rubea rotũda in magnitudine seminis lentisci· & dimittũt eam in coꝛtice suo q̃n do egent eis extrahunt a coꝛtice · mahat est cali· et humi· Dyas· cap̄· de aspalio Aspalium siue aspaltos nascitur in īsula rhodo· cui⁹ species duplex est· Est enim vna spinosam fruticem et tirsum gꝛauem habens· et depositũ cũ coꝛtice purpureo vel rubeo et denso· odoris fũmi & amari Altera est alba lignosa & ībecillis supple & ista est quam Serapion vocat mahat·

Possedo · Aspaltuꝫ auget sperma· &

corroborat coitum. & est bonū podagre quando teritur et conficitur cuz aceto. & linitur super ipsum. et confert spasmo. et mollit duriciem iūcturarum Dyasco. Virtus autem eius est calida stiptica: qd̄ cum vino si fuerit elixatuz vulneribꝰ oris medet̄. et putredines quas greci nomas appellant. et putredines nature curat. et valet contra vlcera ventris: quādo fit ex eo clistere. et bothor nasi. et expellit fetū quādo fit cū eo nascale. et fomēto vulneribꝰ prodest. pessariis additum muliebria deponit. cuius elixatura ventrem strīgit sanguinem reijcientibus subuenit. aq̄ eiꝰ bibita īflatōes et dissurias cōpescit

Dars	.i. dens
Dasatigmi	.i. acetum acetosuz
satis.	
Dasagar	.i. amizi den
Dasafagi	.i. plātago
Dasephur	.i. alleluia
Dasne	.i. laurꝰ
Dasnes alexāder	.i. laureola
Dasuum	.i. lauristatium
Dasmudes	.i. muscillago
Dasin	.i. dasion
Dastincos	.i. dasnoides
Dasocoita	.i. lauri bacca
Dasocotta.	idem

CCV

serpillum maius. Sera. li. aggre cap. fu. aut. dyas. Fu est spica siluestris habēs folia similia folijs herbe q̄ dicitur grece yposellimū vel ysopellinum: & habet stipitem longitudine vnius brachij: aut amplius. cuius color declinat ad purpureitatem. & est interi⁹ concauus & nodosus habens florem in figura similem narcisco nisi quia est minor eo: sed in albedine est sicut ille. & est i eo par̄ purpurei coloris Et illud quod est inferius est grossius q̄ quod est superius sicut spica frumenti. Radix eius subrufa i modum paruuli digiti. et ingrediuntur ab inferioribus eius come inuolute sic squinantū & ellebor⁹ niger. & sūt inuicē adherētes quaꝝ color vergit ad albedinē: & habet odorē bonū & est aliq̄tuluꝫ in ea de odore nardi cuꝫ pauca pinguedine. Et q̄d de ipsa administrat̄ est radix ei⁹ cū comis suis. Gal. vnj. sim. phar. cap. fu secundū trāslatōeꝫ grecā. Fu aromatica quāmodo est. huius herba nardo similis secundū virtutē. sed ad plurimū deficiēs. Et idē eodē libro. secundū translatōeꝫ arabicā. In radice ipi⁹ plante est aromaticitas. Et virt⁹ ei⁹ assimilat̄ virtuti spice nardi. & est ca. in. ij. gradu. sic. in fine ei⁹. Dyas. Secundum translatōeꝫ nostrā. Fu multi nardū agrestem appellāt. Nascit̄ in ponto folia habꝫ similia elleboro vel similia yposelino siue apio siluatico. hasta ē illi lenis & mollis subpurpurea et nodosa crescēs de terra cubito vno aut ampli⁹: flores similes habet narcisco in figura: nisi q̄ʒ est minor eo. s꞉ similis in albedine. radix est illi i robore digiti minoris similis iunco aut ellebo ro nigro. colore rufa cū odore grato. ex q̄ alie excrescūt pue implicate sicut elleborus niger. Plinius cap. fu. Fu genus est herbe odorate in ponto nascit̄ p̄ inter ualla nodos habens & flores albos minores q̄ narciscus. que habet folia silia apij siluatici. tirsum rufū mollem & cauum ac lenem. Radix eius subrufa in modū pusilli digiti. ex qua alie excrescūt minores implicate, vnde equalis est virtutis spice. s꞉ plus p̄uocat vrinā. & est ca. in. ij. sic. in principio secundi. est feruētis virtutis et mictualis. Paul⁹ cap. fu. Fu ca. & sic. in scd̄o gradu est. Radix ei⁹ in medicina ponit̄. virtutē habet diureticā Posse. Gal. secundū translatōeꝫ ara. Fu p̄uocat vrinā Dyas. Fu feruentis est virtutis & mictualis. cui⁹ elixatura facit ad late ris dolorē. menstrua incitat. antidotis miscet̄. Paul⁹ Cōtra stranguiriā & disuriā det̄ vinū decoctionis ei⁹. herba etiā decocta & supposita vrinā p̄uocat. ad digestionem confortandū: & dolorem stomachi ex frigida causa detur vinū decoctionis eius. & seminis feniculi vel masticis cuꝫ succo alicui⁹ herbe diuretice Cōtra viciū pectoris det̄ vinū decoctionis eius & gūmi arabici. ad superfluitatē matricis desiccandā fiat fomentū ex aqua decoctionis vel suppositorium ex bombice intincta in confectione facta ex puluere eius & oleo muscellio vl̄ cōmuni Cōtra oppilationē splenis & epatis ex frigida causa vinum detur decoctionis eius.

Fucata vestis .i. rubea vestis.

Fuca est sicut puluis & inuenitur sub lapide asij: & est flos eius.

Fucala. i. pot⁹ qui fit de orteo & aqua.

Fuchab idem quod supra.

Fuchaba idem quod supra.

Fuchabilosus .i. ciclamen.

Fucina .i. peucedanum.

Fucianuꝫ idem quod supra.

Fucidion .i. mellilotum.

Fucolion .i. lenticula aque.

Fucos idem quod supra.

Fuchos idem quod supra.

Fucus est species herbe de qua lana tingitur rubea: inde fucata vestis sic tincta.

Fucūblen .i. vsnee.

Fufosac .i. polium.

Fufosacion idem quod supra.

Fufus .i. species volubilis.

Fulful fructus est similis glandi i virtute durus & ponticus in sapore.

Fufuls idem quod supra.

Fugel id est. rafanus.

Fugeli idem quod supra.

Fugeblan .i. cimbalaria.

Fugia .i. fuligo.

Fugile sunt apata de genere apostematū glandulosorum.

Fugil .i fugel.

Fulel id est. faliel.

Fulfel idem quod supra.

Fulgeil id est. memite.

Fulgeden .i. ꝫiniar.

Fuligo dicitur eo q̄ ex fumo fit et muro adheret per continuam effumationem.

Fugile .i. fuligo.

Fuli id est. faba.

Fulica est quedam auis nigra que continue degit in aquis.

Fulcinũm est herba saponaria.
Fulomos est herba que dicitur testicul⁹ sacerdotis.
Fullones sunt illi qui lauant & reconciāt pannos & potissime de lana. Nam lana vocatur fullo. & propter hoc saponaria vocatur herba fullonum: quia ex ea lauant & abstergunt pannos fullones. Similiter dipsacus siue virga pastoris vocatur cardo fullonum. quia fullones vtū tur eo pannos reconciando.
Fulume id est radix piperis.
Fuluus id est albus.
Fuluum id est subrufum.
Fulfulume id est radix piperis.
Fulfulumia. i. radix pipis: & ē lignū ei⁹
Fulful abrach id est piper album.
Fulfu idem quod supra.
Fulful elbeth id est piper nigrum.
Fulfulmion id est ozimū montanū
Fulfuben idem quod supra.
Fult quid est. l. l. futa.
Fumaria id est fumus terre.
Fumarion idem quod supra.
Fumatrios id est os mundi.
Fumon id est iusquiam⁹ niger.
Fumomon idem quod supra.
Fumosac id est ceterac.
Fumus quid est. l. l. cocham.
Fumus terre quid est. l. l. sterig.
Fumoson id est caprifolium.
Funalesus genus est artemite: & est species buthormarien.
Funacalesus idem quod supra.
Funosis id est satirialis.
Funosios idem quod supra.
Funoblaron id est. blactebisantia.
Funisich id est amonium.
Fungus dicitur ꝙ multotiens comedentes mortui sunt: & arabice vocatur acar
Fungus abietis id est agaricus.
Fungus vesunmus. id est. terra tuberi et vocatur arabice hamech.
Furason id est apium risus.
Furca fit de ordeo: & est ceruisia per c.
Furobaa idem quod supra.
Furiosuson id est antrax.
Furios idem quod supra.
Furibron id est mentastrum.
Fufur id est gen⁹ portulace
Fursti id est pinus.
Furogi id est gallus.
Furogigi idem quod supra.
Furoglodos id est acorus.
Furūcul⁹. i. carbūcul⁹ mal⁹ feruēs tūor.
Furbuculus. i. aīal simile aranee quod vocatur venatrix muscarum. l. l. murechion
Furbulcultutis idem quod supra.
Furbum id est fuscum.
Fufur quid est. l. l. cantabrum.
Furfurisca ptiriasis. i. furfur capitis.
Fursus. i. caro addita in ore matricis que ꝓlongatꝰ in estate & breuiatꝰ in hyeme.
Fusalum id est fausel.
Fusalium idem quod supra.
Fusalidos id est alkekengi.
Fusel. id est. planta que assimilatur nuci muscate qua caremus.
Fuserachon id est matrisiluia.
Fusiricon. id est. medicamen ad scabiem & est fasiricon vel alfasiricon.
Fustic id est festuca.
Fusol id est rubeꝰ.
Fusolium idem quod supra.
Fustoch id est. festuca.
Fusiricium altea.
Furisicion idem quod supra.
Fusuricon id est. alfasiricon.

CCLXXV.

Futa ara. vel fult vel hals vel halca. grece benge vel tragus vel zeia vel ellica. latine vō spelta. Sera. li. aggre. cap. fult. Fult. id ē spelta & ipa est sicut ordei granū. Et sūt eius due species: in vna inueniuntur duo grana: & in alia vnū. & qd̕libet granū in cortice suo: & ipsū quidē min⁹ nutrit ꝙ ordeū: & est boni saporis: panis eñ q̄ ex eo fit min⁹ nutrit ꝙ panis tritici vel ordei. Et idē auto. Dyas. Trag⁹ figura ei⁹ est figura grani qd̕ diciꝰ candarusū. et est minoris nutrimēti: qꝛ multū habet d̕ fur fure: & nō est facilis digestionis: & mollit ventrē. Et idē autꝰ. Pauli. Tragus est spelta: & est ex speciebus granoꝝ mala stomacho: & lenit ventrē. Et idē autori. Ysaac Est fri. & hu. viscosa. Gal. primo de edulijs. cap. zeia. auto. Dyas. Zeia duplex. hec quidē est simplex: & vocatur kirmō. hec aūt dikolikos vocaꝰ in duob⁹ quidē inuolucris. ꝯiugatū habēs semē. minus aūt nutritiua frumētis. Est eñ ꝓfundaꝝ radicū & multoꝝ calomoꝝ: fructus autem leuissimus & affectatus ab oībus animalibus. Est autem simile frumentis in frigidis regionib⁹ cultū. fit aūt magis nutritiua si cum ordeo aptaqꝫ stomacho farina facta ex eo & frumēto fiūt pultes est aūt satis nutritiuū: & facile eleborabile: magis autē subcitatiuū ventris. Et

idē vi·sim.phar·cap·zeia·Zeia siue spelta
mediā qōāmodo virtutē habet inter fru=
menta & ordea. Et ideo innotescat tibi
p ea· Posse·Sera·Mollit naturā & ge
nerat inflatōes & rugit9· & est bona vi
scositatib9 pulmonis & pectoris & for
ti tussi. Nā fiūt ex ea lohoc· & pultes: &
puocat vrinā· & mūdificat renes & vesi
Fuxa id est lunaria· cas·
Fuxal id est crocomagna.
Fux id fex antiqui·
Frudon·id est·laurus vel bacce eius·
Fructus hortarij·id est·estiuales·
Fruct9 iuniperi quid est·l·l·habilhalach
Frumentum quid est·l·l·heuda·

GAisdo·id est·herba
fullonum vel sapo=
naria que osatis gre
ce dicit̄·l·l· borich·
Gaira·id est. colla.
Gabiragarab secun
dū Paulū i proprio
capitulo·est planta similis nespilo acuti
odoris quā multi dicūt esse speciē cinna
momi: cui9 odore insaniunt hoīes ad coi
tum furientes: & mulieres sui odore que
rentes coitum clamant vt gatte·
Gabfragubeira id est nespila·
Gafati id est eupatorium·
Gafatin idem quod supra
Gafasul id est grana solis·
Gafeata id est eupatorium·
Gafecol id est blactebisantia.
Gafesol idem quod supra·
Gafir id est·eupatorium·
Gafit·id est·policaria vel coniza: sed fal=
so immo est eupatorium·
Gagada id est·centaurea·
Gagates·id est·lapis niger pro quo·l·l·
lapis gagates·
Gagarab id est antimonium·
Gagail id est·aisdo.
Gagila id est·aquila·
Gagif id est vsnee·
Gagimon·i·ypericon· CCLXXVI·

GAhaleb ara·gre·labar vel stra=
tiotis vel facus qui in colmati
bus·latine lenticula aque vel lē
tigo aque· Sera·li·aggre·cap·gaba
leb.i·lenticula aq̄ ex ea est marina· & ex
ea est aque dulcis·sz illa q̄ est aq̄ dulcis ē
lenticula q̄ reperit̄ sup aquas erecta hñs
corticē viridē: & est rotūda sicut lenticu
la·sīlis est ei in figura sua. Et reperit̄ in la
pidib9 sup aquā erecta natās sup facieȝ
aque· Gal·vni·sim·phar·cap.stratio
tis·Stratiotis siue stractoris q̄ quidē est
aquosus humid9 & frigid9 virtute est·q̄
vero terrestris habet qd stipticitatis· &
idē eodē li·cap·fac9·Fac9·i·lenticula aq̄
tica hu. & fri·est ɔplexionis in·ij·gradu
existēs secundū vtrūqȝ· Paul9 cap·stra
tiotis·Stratiotis herba est q̄ nascit̄ in su
pficie aque sine radice cum folijs simili
bus sempuiue: est aūt virtutis redarguē
tis ac remordētis· Dyas·cap·de lēticu
la aque·Lenticula colorē viridē habens:
virtus est ei frigida· Posse.gal·Habȝ
quid stipticitatis pter qd vulnera pōt
consolidare: & vlceribus est vtilis· quidā
aūt eo & ad emorosagias vtunt̄ & ad fi
stulas· Paul9 Potui data valet ad fluo
rē sanguīs ex renib9: & cum aceto ɔtrita
atqȝ vt cathaplasma adhibita· Dyasc·
Oīs tumores spgit·ignē sacrū extinguit
podagricis necesse miscet̄ medicaminib9
sola & cū polēta apponit̄ infantib9·et en
tirocelticis prestat effectum·
Galac·inde mugalac·id est·lac acetosū·
Galanga ciperus babilonicus idē: quidā
dicunt qp est frutex·l·l·ghulūgen·
Gala id est·lac·
Galab id est. almes indum·
Galacon est quoddam genus eris·
Galaktidos litho·id est·lacteus lapis·
Galatina dicitur: quoniā est quasi lactei
coloris· & est sapor quidam·
Galac·i·lac inde oxigalac·i.lac acetosum
Galas id est·vulpis·
Galatides id est·titimallus·
Galacon id est·genus eris.
Galbanum est succ9 vel lacrimū cuiusdā
speciei ferule: que grece dicitur narticos
& est semen eius careos·l·l·benealbegi·
Galca id est·cefalea·
Galgasama·id est·caro panniculosa āne
xa palato sub vuea pendens cooperiens
caput canne·
Galla quid est·l·l.hafs
Galla ozida·id est·galla asiana que fertur
ab asia regione: & vocatur similiter ccci
dos alapsalis: & est fructus querc9 pro
quo·l·l.hafs·
Galla cipressi quid est·l·l·sasso·
Gallatera id est·lactens porcell9
CCLXXVII·

GAleobesis vel galeobdelon·
Dyas·capitulo galeobesis
frutex est paruus cui virga est

& folia similia vrtice: sȝ folia tenuiora q̄
digito ɔfricata graue̾ odore̾ habe̾t: & ha
bet flores minutos & purpureos · nascit̾
circa ortos & in vijs & sup omnia tecta
tegulata · Posse · Dyas · Folia & haste
eius duricies soluu̾t · & cancros ma̾marꝝ
scrofas et parotidas sp̄gunt · pustulis me
dicant̾ vt cathaplasma imposita qd̓ bis ĩ
die abijciat̾: & tepidu̾ iterꝝ imponit̾ admi
xto aceto · Elixatura ei⁹ fome̾to adhibita
pasce̾tia vulnera abstinet: & putredines
limpidat: tu̾ores & cancros sp̄git addito
Galea ·i· regalea · sale ·
Galeos id est · mustela ·
Galerica id est kalandra auis ·
Galeon dictum est eo ꝙ lac coagulat: fo-
lia habet & hastam similem aperme. sed
erectam: nascitur in campis ·
Galbene id est nux vomica ·
Galliciten id est titimallus ·
Galli id est mustela ·
Galizafil id est cibariu̾ ex lentibus ·
Galipsi id est rafanus ·

CCLXXVIII ·

GAlion · Dyas · cap. galion Di
ctu̾ est sic eo ꝙ lac coagulat: fo
lia habet et hasta̾ simile̾ aperme
sed erecta̾ · Posse · Dyas · Flos ei⁹ co̾-
strictiue virtutis est: deniqȝ co̾bustioni-
bus imposit⁹ oppitulat̾: fluxu̾ sanguinis
abstinet · miscet̾ & cerotis olei rosei: & ĩ
sole ponit̾ q̄diu album fit · & p acopo in
vsu̾ tra̾sit Radix vo eius accepta ventre̾
stimulat · Nascit̾ in campis & in pratis ·
Galichia id est cassia lignea ·
Galgia id est tinea ·
Galcis id est vulpis ·
Gallia est medicina co̾posita ex pluribus
specieb⁹ aromaticis: & habet plures spe
cies secundu̾ diuersitate̾ co̾positionis ei⁹
qm̄ dicit̾ gallia muscata: qm̄ in ea ingredi-
tur plus de musco q̄ in alijs specieb⁹ · &
dicitur gallia sembellie · quonia̾ co̾ponit̾
ex aromatibus & quibusda̾ laxatiuis · Na̾
sembellia idem ꝙ qd̓dam medicame̾ com
positum ex aromatib⁹ & ex quibusda̾ la
xatiuis . Et est gallia alefangie ·i· gallia
aromatica quonia̾ eius confectio in fine
arotimatizat̾ cu̾ rebus odoriferis · om̄es
predictas species inuenies ĩ antidotario
damasceni · Et est etia̾ gallia ventrium
vt apparȝ ĩ · l · fuch · Et e̾ gallia corij vt ap
paret in litera predicta · Et est gallia re-
galis que ponitur in antidotario Auice̾ ·
Et illa vocat̾ similiter gallia magna · vn-
de quando in receptionibus ponitur gal
lia simpliciter · intelligitur gallia muscata
Gallideorum aronie ·i· florum cironie ·
Gallitricon id est politricon ·
Gallina gallus & pullus eorum quid est
l · l · gigeg ·
Gallitrma id est lactentia ·
Gallitricus ·i· sanguinaria · eo ꝙ naribus
imposita sanguine̾ suauiter fluere facit ·
Nascitur circa vias & saxosis locis · habet
in summitate velut pedes galli ·
Galliosis id est arsenicum ·
Gallitricum id est centrumgalli ·
Gallicrista idem quod supra ·
Gallitricum siluestre idem quod supra ·
Galum id est menta ·
Gallus gallinaceus · id est · capo secundu̾
quosdam · sed falso · quoniam gallus galli
naceus intelligitur gallus galline · & po-
tissime fortis & antiqu⁹ · Et hoc co̾firma
tur in codice in titulo de paricidijs · l · pri
ma · Eius virtutes inuenies in · l · gigeg ·
Gallus cuspicus id est fortis ·
Gallus matricis id est · mola matricis ·
Gall⁹ siluestris ·i· fasianus · & est sicciori̾
co̾plexionis q̄ ille qui nutrit̾ in domibus
Gagones. id est apostema gule & vuee .
Ganolor id est bihar ·
Ganolonon idem quod supra ·
Gara alexandrie quid est · l · l · dasnoides ·
Garabait id radix rubee ·
Garab vel algarab ·i· fistula lacrimalis ·
Garabab ·i· salix vnde ligantur arbores ·

CCLXXIX.

GAra ara · grece dasne · latine lau-
rus · Sera · li · aggre · cap · gara
vel gar · aut · Dyas · Ex eo est ha
bens stricta folia · & ex eo est habe̾s latio
ra & est masculus · & calefaciunt & desic
cant calefactione & desiccatione forti · &
granum eius est fortius · Dyas · cap · de
lauro secundum translatione̾ greca̾ · Lau
rus alia est latioru̾ folioꝝ · alia tenuiorȝ
sed vtreqȝ ferue̾tis virtutis su̾t atqȝ recor
poratiue · quaꝝ elixatura ca · est · Gal · vj ·
sim · phar · cap · dasne. Dasne arboris siue
lauri tam folia q̄ fructus siccant & cale
faciunt vehemeter · plus tamen fruct⁹ q̄
folia · Cortex vero radicis minus quidem
acer et calidus · magis autem amarus et
quid stipticitatis habet · Iuuenalis laurus
est arbor cuius folijs victores coronant̾
vnde lauro propter victoriam coronat⁹
dicitur laureatus · et corona qua propter
virginitatez mulieres coronant̾ · vocatur

laureola Posse· Dyas· Elixatura eius si in scafio missa fuerit et desuper sedeat vesice & matricis dolorem compescit· huius folia viridia stiptica: que tunsa & cataplasmatibus adhibita· vespaꝝ & apū percussum prohibent· & omnes tumores spargent· Et si sinapi aut polente misceātur & viridia bibita nauseam prouocant stomachum subuertunt: huius bacca plꝰ ca· est ꝙ folia: & habet virtutem fortiorem que tunsa & electuarij more melle collecta tussientes· & ptisi cos orthonoicos· & toracis reumatismū sanitati restituit· cum vino bibita ictibus scorpionuꝫ occurrit: maculas nigras detergit: succꝰ eius aurium surditatem manere non sinit & incongruos sonos cum vino & oleo rosarum adhibita compescit· Acopis & vnctionibus calidis notabiliter miscetur virtutibꝰ etiā diaforeticis necesse miscetur· corium eiusdem arboris tritum et bibitum calculos frangit. aborsuꝫ excludit epaticis obolis tribus cum vino bibitum prestat effectum· succus vero radicis eiꝰ minus est acer & tam est amarus & magis stipticus· propter quod lapides vesice rumpit· omnis autem arbor vires habet acriter relaxantes & calefacientes & euaporantes· Gal· Laurus lapides frāgit & epaticis ofert bibitꝰ cum vino odorifero in pondere trium obolorum· siue mj· danich·

Gardarig· i· cū caro rubea intus in palpebra inferiori & videtᷣ sicut rosa rubea·

Gargareon id est vulua·

Garesol id est vpupa auis·

Garbe est species salicis·

Gardengi est caro rubea crescens in palpebra inferiori

Garde est quedam auis sic vocata.

Gariofilus quid est· l· l· barmufel·

CCLXXX·

GAriofilata latine· grece lapagū Gariofilata ē herba similis agrimonie: cuius radix odorem habet goriofilorum dicta a quibusdā sana munda & enantia & pes leporis & oculꝰ leporis· ca· est & sic· in secundo gradu·

Posse· Herba ipsa trita: & succus eius fistulis iniectꝰ sanat ipsas· similiter opatur ore captus· ad menstrua prouocanda fiat fomentum ex aqua decoctōis eiꝰ· contra colicam & ad digestionem cōfortandum detur vinū decoctionis eius·

Gal· vi· sim· phar· cap· lapagū· Lapagū ·i· oculus leporis: siccatiue virtutis est ut q̄ secundum ventrem reumata sufficientᷣ sistat

Gariofilatum est quedam confectio sic vocata que fit ex gariofilis & cetera·

Garisfluminis id est stincus·

Gariofilon est herba que vocatur filius ante patrem·

Garien id est pecora·

Garicon id est agaricus·

Gariofilata agrestis· id est· baccar·

Garbi id est salix·

Garon id est piretrum·

Gariopium· id est· herba que vocatur testiculus facerdotis·

Gariobium idem quod supra·

Garunfel id est gariofilus·

Garus vulgariter dicitur almuria quod est quasi salsum garum· Et modus fiēdi est iste fit garus de piscibus paruis hoc modo ponuntur in aliquo vase habēte inferius orificium latum & superiꝰ strictuꝫ & fit veluti lectus huiusmodi pisciculorum vel more lecti sternuntur i vase postea superponitur sal & superponitᷣ predictus ordo lapilloꝝ. & sic fit donec sit vas plenum: & tunc permittitur immorari per aliquod tempus· tandeꝫ explorato sapore & grato inuento extrahitur garū vel garꝰ potest dici quelibet salmuria sapida vt habetur in· l· cōbin· virtutes autem eius inuenies in litera muri·

Garus quid est· l· l· muri·

Gaseata id est eupatorium·

Gasefati id est cefalio·

Gasmemi id est folium nil·

Gasmemin idem quod supra·

Gazel est quoddam animal quod alitur vltra mare· et muscus inde nascitur vt apparet in litera misch·

Gazelus idem quod supra·

Glarea· i· gūmi: cū autem simpliciter ponitur gūmi· gummi arabicum intelligitᷣ·

CCLXXXI·

GLaspatella vel afrodisia vel venerea vel piper apium· gre· acorus. latine uel spatella vel gladiolus· ara· vero laeg vel bulbegi vel naeg vel bogoc vel zueg· Acorus ca· est et sic· in secundo gradu qui similiter gladiolus vocatᷣ: qui non tantum in aquosis locis sed etiam siccis et marinis crescit· Est alia species gladioli quam inuenies i· l· l· dexeris. Sera li· aggre· Laeg· id ē· acorꝰ et latine nominatur spatella vel gladiolus

folia eius sunt similia folijs yris. nisi quia sunt subtiliora & latiora ad albedinē declinantia: & sūmitas ipsorum est rigida & acuta. & ad similitudinem gladij. et habet florem crocei coloris. & radices non habet multum dissimiles a radice yris. nisi quia sunt multum adherentes adinuicē & non sunt recte sed tortuose. & habentes nodos. & geniculatas. & color earuꝫ est exterior trahens ad rubedinem. & habet acutum saporem. & habet semen plenum densum. odoris placabilis. Et melior ex eo est radix illa que est alba & non tortuosa plena. bonum habens odorem. q̄ fertur de regione kilkis est huiusmodi.

Gal. vni. sim. phar. cap. de acoro secūdum translationē arabicam Qđ de ipso administratur est radix eius. substātia eiꝰ subtilis. & sapor eius est acutus cuꝫ pauca amaritudine. Et odor eius non est malus. cuius virtus est ca. & sic. in secundo gradu. Dyas. cap. de acoro secundum translationem nostram. Acorus vel venerea vel afrodisia vel piper apium. herba est folia habens similia yri lata & oblōga & exalbida & in sūmū densa et acuta quasi gladius: florem aurosū: radicem dissimilem. obtortam. geniculatam. & nodosam exterius ad rubedinē declinantem. gustū acrem & aliquatenus odoratam. semē vero habet planum & spissum & integruꝫ & ipsuꝫ odoris suauis. Potest qđ et meu sed in omnibus efficacior est & magis calefacit. Posse. Contra viciū splenis & epatis accipiatur libra. i. acori aliq̄ntuluꝫ triti. & maceretur per tres dies in aceto. postea coquatur ad medium aceti: et coletur. et colature addatur mel: et iteꝝ ad consūptionem aceti coquat̄: istud autem oximel detur quottidie in mane patienti cum decoctione acori. Ad idē libram. ʃ succi apij et pulueris eius. ʒ. ʃ. et aceti librā. ʃ. et olei. ℥. i. serapini. ℥. ij. et pulueris armoniaci. ℥. ij. et simul permitte ꝑ noctē et mane coque vsq; ad mediuꝫ. deinde appone puluerem ipsius acori et ex tali vnguento splenem et epar malaxando manibus inunge. Et si vis facere cerotū adde decoctioni ceram: et ex tali ceroto vnge vinum etiam decoctionis eius valet ad idem. sed non detur febricitanti. Contra hyctericiam coquatur radix acori ī aqua et coletur. et in colatura coquant̄ cicera rubea. et detur ius patiēti. sūmum remediuꝫ est si fuerit sine fe. Balneū eiꝰ ad idē valet Cōtra pannū oculoꝝ succus acori et succus feniculi et anisi ponant̄ in vase eneo. et soli exponatur vt humiditas consumatur. postea apponatur puluis aloes et ponantur ad ignem. et colet̄ ꝑ pannuꝫ et colatura ponat̄ in vase eneo. et cū opꝰ fuerit cum penna in oculo ponatur. folia eiꝰ per pauimentū sparsa mire aerē actualiter infrigidant. dicitur ꝙ si quis habet acorū sup̱ se nunq̄ potest īcurrere fluxū sanguinis vel spasmū. Gal. Acorus ꝓuocat vrinas et splenibꝰ scliratis cōfert: et abstergit et subtiliat grossiciē. cortice melior est succꝰ eiꝰ. Dyasc. Succꝰ radicis eius claritatē oculoꝝ p̄stat mirifice que radix ca. et sic. est virtutis nimium et leptomeris sclirosim iuuans splenis: et mouens vrinā potato succo. Aqua vero in qua decocta fuerit diuretica est. vtilis etiā est et pleureticis et toracis passionibus. et epatis et terminosis. et corruptelˀ spleneticis vtilior est: et stranguiriosis q̄ vrinā faciūt cū dolore. et ad morsū serpētis efficax est. ad mulieꝝ mēstrua ꝑ fomētum vtilis est: miscet̄ etiā ancidotis et tyriacis ad duriciē vrine. ex radice eius cum aqua decocta ad terciā dabis bibere per triduum et vrinam mirifice deducit. et stranguiriam sanat. Ne apes examinent et fugiant. herbam ipsam in vase apum suspende: et a vento nunq̄ seducent̄: hec herba raro inuenitur. nec eam scire quis poterit: nisi cū flosculum emiserit. Nascitur locis cultis et ortis et aratis. lege eā mense augusti. Nā vix inuenit̄ sine flore quia per florē agnoscitur.

Glaucomata . i. albugines oculorū.
Glaucion . i. viola.
Glaucios ritis . i. celidonia.
Glabies . i. tinea.
Glaber . i. caluus.

Glaucosis est oculoꝝ subalbedo vel glaucedo que accidit vuee tunice sicut apparꝫ in seniorum oculis. glauci nanq; dicūtur oculi qui vulgo varij dicūtur. glaucoma vero egritudo inde vocatur. interdū tamen vnum ꝓ alio reperitur.

Glaudis . i. fructꝰ quercꝰ vel ipsa arbor ꝓ arbore. l. l. hullos. et ꝓ fructu. l. l. haff

Glauquion . i. glaucium.

Glaucoma . i. egritudo oculi incurabilis secundū veteres idē est qđ ypochimia. sꝫ apud posteriores non sunt idē. Nā glaucoma est omnino incurabilis. ypochimia vero non omnis. et est aqua in oculo

glaucoma ē egritudo in q̄ debilitat̄ act⁹ videndi ꝓpter nimiā glaucedinē oculoꝝ.
Gladiolus quid est. l. l. dexeris.
Gladiol⁹ segetalis quid est. l. l. fagasmō
Glaus · i. noctua.
Glauconicum · i. pulegium.
Glaucius rizi · i. celidonia.

CCLXXXII.

GLaucium. i. memithe. Dyas. ca. memithe. Memithe. vł glaucium est succus herbe eiusdem nominis. folia habentis papaueri similia. hec folia calido cinere cooperiunt̄: & sic succū emittūt. Alij herbā in ollā mittūt & circūliniunt creta et in furnū feruentē mittunt. & sic folijs maceratis succū exp̄munt. & siccatū in sole in pastillos redigunt: ei⁹ est optimum qđ est crocei coloris intus: & gustu amaꝝ. & odore graui miscetur ocularibus medicinis & cetera Et idem secundum aliam bonā translationem capitulo supradicto. Glauciū succus est herbe nascentis in siria in gerapoli. folia habet similia miconio ceraticis sꝫ pinguiora. & super terram spansa: odorē habet grauem. gustu amaro. succuꝫ multum habet croci similem. folia eius ciues mittunt in cacabis & in cibarijs coquūt que cū coxerint exuccāt & glaucium faciunt. Plinius. cap. de glaucio. Glaucium in siria & ꝑsia nascit̄ humilis herba: folijs decisis fere papaueris minorib⁹ tamen sordidioribusqꝫ. odoris tetri: gustus amari cū constrictione & stipticitate. & gummi habet crocei coloris. Multi vero errauerūt in hac herba: quidā putauerūt ꝙ esset celidonia: quidā putauerūt ꝙ eēt papauer cornutū: & sic vocat̄ apud Aui. Et ego vidi meo tempore multos in hoc errare. Et multi errauerūt tp̄e Dyas. Nā Dyas. cap. de monte ratides dicit ꝙ multi falso putauerunt glauciuꝫ ibi fieri propter similitudinem folioꝝ. qđ aūt glaucium sit memite vł sief eius apparet multis testimonijs. Nā vbi ponunt Alexander & alij greci glaucium. Aui. & alij ponūt sief memithe: preterea apud Sera. qđqđ dicit de memite aut. Dyas. Non est aliud nisi qđ dicitur apud Dyas. cap. de glaucio: inuenitur etiā oleum nouū glauciuꝫ non ab hoc glaucio: qꝛ nichil recipit glaucij: cui⁹ confectionem etiam inueni in antiquo antidotario sic vocatā & sine glaucio. & est omnino calidū. Qꝛ autem secūdum veritatem glaucium sit memithe. l. l. celidonia. & l. l. chaschas & l. l. memithe.
Gal. vi. sim. phar. cap. glauciū. Glaucium stipticat cū quadam delectatione: infrigidat tamen manifeste. ita vt sanet quidem sepius herisipilata: & est in cōpositione composita ex aquosa & terrestri sb̄stantia. vtrisqꝫ frigidis non tamen extreme: sed ad modū aque fontanine.
Glaucosis. i. glaucitas i oculis vł alicubi
Graphia. i. scriptura. inde melagraphicū nigrum scriptum.
Grassula maior. id est. herba grassula: & est alia minor que vermicularis dicitur & semperuiua minor.
Granum acetosum quod affertur ex cosasceni. i. fragula.
Granum nigrū · i. nigella.
Granum yndū i. cartamum yndum & est aliud a nostro. l. l. babel nil.
Granū alkakil. i. semen granati siluestris
Graffagia. i. scriptura. inde melangraphicum nigrū scriptum: & aliquando ponit̄ pro pipere nigro.
Grana zeilem. i. fructus tremule arboris vel piper ethiopium. l. l. babel zelim
Grana paradisi quid sūt. l. l. nux sarcha.
Granum capitis. i. stafixagria.
Granū iuniperi quid est. l. l. habilhalach
Grana sensen. i. grana sisami que nostro ydiomate vocant̄ iociolene.
Grana nere. i. grana cerasi siluestris.
Grana kikil vł kilbil. id est. grana granati siluestris.
Grana punica · i. mala granata.
Grana amonia · i. stafixagria.
Grana sponsi · i. cucube.
Granū frumenti quid est. l. l. heuda.
Granū tinctoꝝ a Dyas. vocatur coccus sed ara. kaermes. l. l. coccus.

CCLXXXIII.

GRanum anascen est fructus cuiusdam arboris magne q̄ lothos vocatur a Plinio in ꝓprio cap. Et a Dyas. q̄uis dyas. vocet ipsū in alio cap. agrifolium. Et est secundum Pliniū granum simile iunipero. sed maiusculum habens interius nucleum durum cum sua medulla tectuꝫ carne pauca. dulcis saporis nigrum cum maturauerit. quem multi fabam grecam & syriacam dicunt.
Ysidor⁹ ca. de faba greca syriaca faba Syriaca dicit̄ arbor magna fructū ferēs maiorem pipere comestibili. gustu suaueꝫ. inde & melli uocatur. & latine cicerafo. l. l. faba greca & l. agrifolium.

Grana solis id est milium solis vel cauda porcina quid est l.l. calb
Grana quid sunt l.l. harmel.
Granū ben quid est l.l. balanus repsico.
Granū calafi vel caleti vel calebi vel culb id est grana solis.
Granum nil. id est cartamus indus. & ē aliud a nostro l.l. habel nil.
Granum viride est fruct9 arboris terebinti. vnd terebintina colligitur que vocatur albotin. aliqui dicunt ꝙ ē lentisc9 qui similiter dicitur terebint9. aliq dicūt ꝙ est anisum. aliqui dicunt ꝙ est alfassan quod inuenitur apud Nurham. sed pria expositio est melior l.l. botim.
Granum afutaen est quoddā semen albuz paruuz vt piper arboris siluestris scdm quantitatem brachii habentis folia paruz alba nō tamen vehemētis albedis & est ca. habens parum humiditatis. & est impinguatiuū. auget spma et excitat coitū.
Granum alcelim vocatur ab Auicenna et Sera. piper nigrum. & sunt grana parua dulcia delectabilis saporis. subcitrini coloris que afferuntur a tunici et barbaria augmentāt sperma l.l. habel nil.
Grana vocantur pillule.
Grana altugar. id est semina vitice.
Granorum almahaleab. id est nere. & sūt cerasa siluestria l.l. mahaleb.
Grana mitabel. idem quod supra.
Granum regis. i. cerasū. & ideo sic dicit̄ quoniā arabes habent de eo in copia. sic videtur exponere Sera. vt apparet in l. cerasine. sꝫ Io. mes. cap. de kerua exponit ꝙ granum regis est magnum & paruum sed magnum est kerua. & vocatur abel meluch. et est catapucia maior. Et ē alia catapucia minor et est granū regis puū.
Gramisbachi. id est. nux vomica.
Granū culcul vel cucul quid ē l.l. habel.
Granum alkadar. id est granum viride.
Granum vue quid est l.l. harin.
Granum indici quid est l.l. nileg.
Granū albeibel ē semē granati siluestris.
Granum dulce quid est l.l. athel.
Gradium. id est cocognidiuz.
Granias. id est cornalia.
Granaria. id est capsus.
Graniar fit sicut nectar.
Gramas sunt lippitudines que fiunt in obtalmia.
Gracus. id ē croc9 ortēsis
Grami est species fructus quem ignoro.
Granatū domesticū quid ē l.l. hurnam.
Granatū siluestre quid ē l.l. darsisabam.
Graidon. id est lambrusca.
Graucon. id est craneum.
Gratecon. id est fructus buxi arboris.
Granamma. id est stafisagria.
Grafones. id est vespa. illud vocabuluz ponitur in litera fimus.
Graco. id est hircus.
Grathausim est confectio quedam.
Gramen quid est l.l. agrostis.
Gecreticū. ge. interpretatur terra inde gecreticū. i. terra q̄ auferr̄ ab isula crete.
Geleales. id est gagatenis vel gagada.
Gealidos. id est sulphurata.
Geapolidos. idem quod supra.
Geos. i. robilie. et ē gen9 legumis l.l. mes
Geosilion. id est mentastrū.
Geuseir. id est opoponax. aliqui dicunt ꝙ est serapinum. et est verius.
Geuseir. idem quod supra.
Geusir. idem quod supra.
Geuz. id est nux.
Geuzkauc. id est nux muscata
Geuzeudi. id est nux indica magna.
Geuzmetil. id est nux venenosa que est frigidissima.
Geuzalguar. id est castaneola.
Geuzinofil. idem quod supra.
Geuzmethen. i. plāta nucis que plātatur Nam geuz. i. nux. methen. id est arbor
Gebara. i. flosca molendini
Gebaran. idem quod supra.
Gebaraflos. id est abrotanum.
Gecablon. id est vsnee.
Gecafras. id est fragaria.
Gerazum. id est rana.
Gecedros. id est muscata.
Gecebros. idem quod supra.
Gede. id est pulegium.
Gedeuil sunt quedam vene que dicūtur meseraice que sūt intra intestina et epar.
Gedegum. i. via vel canalis.
Gefrise. i. spongia marina.
Gefrise. idem quod supra.
Gegueriset. id est semen.
Gegueis. id est scariola
Gefuesif idem quod supra
Gehenech vel agehenech sunt due vene que sunt in labio inferiori
Gelapedij id est sulphur
Gelatina piscium est quando pisces coquuntur in aceto. et postea congelatur acetum cum quo coquūtur. et eodem modo fit cum carnibus.
Gelnan. id est balaustia.

Gelrhalatiche· id est·coriũ vetus
Gelona· id est·coloquintida
Gelela. idem quod supra·
Geleniabin·i·rose cõdite·siue cũ zuccaro & est zuccarũ rosatũ·siue cũ melle & est mel ro·sed falso·naz geleniabin vel geliabin est mel ro·sed seleniabin·id est·zuccarum ro·geliabin syrupus rosarum·
Gelbenec est vna species ellebori. et apõ quosdam est nux vomica·
Gelblea· id est·volubilis·
Geldei· id est·pellis·
Gelfe·id est·duricies palpebrarum·
Gelfei· idem quod supra·
Geliffagos· id est·elisfagos·
Gelios· id est·gentiana
Geliosus· idem quod supra·
Gelosac· id est·polium·
Geluc·id est·cornu serpentis·
Gelunza·id est.granum pini maioris·
Geloc· idem quod supra·
Gelude·id est·corium serpentis·
Gelutran· id est·vsnee·

CCLXXXIIII·

Geldalcheb arab·latie cutis vel coriũ arietis· Sera· li·agg· cap·geldalcheb auc·gal· q̃ndo accipitur corium arietis recens sicut excoriatur aries·& ponitur super locum percussionis .confert adeo q curat pcussiõis lesionem in die vna et nocte· qz maturat & resoluit loca percussa que sũt repleta sanguine· Possedo·Sera·cap·zelbele· Coriũ lupi valet cõtra colicã· hoc apparz similiter in·l·fimus· Dyas·cap·solee· Solee sotularium vetustaz q̃ndo cõburunt & cinis earũ puluerizatur sup cõbustionez ignis & super apatione que fit ĩ pedib9 a strictura calciamentorũ cõuenit· q̃ndo pulverizatur super excoriationez que fit ĩ coxis desiccat & cõsolidat ea·et scorpiones fugiũt fumigiũ ei9 et alia venenosa·
Geldalatiche i·corium vetus·
Geld· id est·corium·
Gelt· ·idem quod supra·
Gemma est quedam confectio et interpretatur experta·
Gemanion· ·id est·cotula·
Gemara·i·confectõnes liquide quas mulieres faciunt ex quibus liniunt faciem·
Gemma· id est.perna·
Gemealoya· id est·semen·
Geme· ·id est·dolor colli·
Gemerac· id est·flos eris·
Gemma pelitis est genus crete vel terre vt aspaltum colore nigro·
Gemiale·id est·oleum metropium·
Gemotilus· id ẽ.mercuarialis·
Gemolaib· id est·agnus cast9·
Gemulac· id est·alaca·
Gemul· id est·lunaria·
Gembut· id est·spina alba·
Genaba· id est·ala·
Genar· id est·mulier·
Genebar· id est·cinnabarum·
Genella·id est·cucurbita alexandrina
Genealoia· id est·semen·
Generare·id est·parere·hoc vocabulum ponitur in l·buthormarien

CCLXXXV

Genestrella similis est genestre sed minor·habet stipites minutos & angustiores·& florem albũ facit·genestra vero croceũ Gal·vi·sim·phar.cap·de genestrella·secundũ translationem grecaz Aspaltus siue genestrella secundum gustum acer simul & stipticus est· postea ex dissilibus videlicz partibus constat·partib9 quidẽ suis acribus calefaciens·alteris vero·s·austeris infrigidãs·quare secũdũ vtrasqz ĩfrigidat & desiccat· Et ideo putrefactõnibus et reumatibus vtilis est·

CCLXXXVI

Genestra latine· grece spartus vel spargamum· arabice vero mabrahinch·Genestra due sunt species eius· est vna que dicitur genista que secundum quosdam est mirica. Alij dicunt q est species mirice·cuius rami sunt angulosi·et folia triãgulata sunt·semen vt cerasum rufum·paruum tamen· Alia vero est que secundum dyas·capitu· de sparto dicitur spartus· Et illa ẽ vere genestra vt dixit mihi herbaria greca· de qua plinius· genista inquit vinculi vsum prestat.flores apibus gratissimi.dubito an hec sit quam greci autores sparton vocant·cum ex ea lina piscaria apud eos fieri docuerunt.semen eius quod eodem noĩe appellauerunt in folliculis faseolorum mõ nascẽtiũ purgat ellebori vice et ceta·

Gal·viii·sim·phar·ca·Spargamũ vel spartuz·i·genestra que vineas apud nos ligat Dyas·ca·sptus·Spt9·i·genestra frutex vero est omnibus nota.semẽ eius affertur in folliculis sicut fascolus·Et infra semen aliud minutũ est semen sicut lenticula·florem mellinum habens sicut lentium· Iohan·Mes·capi·de genestra

mabarhich vel abrãhunc·i·genestra· & vocat̃ capistꝝ arboꝝ·& ẽ arbor mõtana super cuius stipitem eleuatur densitas fustiuȝ multe rotũditatis· & dũ plicant̃ non patiuntur fracturas·vnde ligantur ex eis arbores· & producunt flores sil'es figure lunari citrĩtatis multe· & ꝓferunt folliculos secundũ semitã orobi habẽtes semina distincta sicut lentes· Inq̃t dyas· ca·est & sic·cõplexionis ĩ secũdo·& semẽ eius est calid⁹ & in flore ei⁹ & stipite ẽ humiditas superflua cuȝ virtute incisiua quare multiplicat vomitũ·& sunt om̃es ꝑtes eius conturbatiue ĩcisiue subtiliatĩe & ꝓuocatiue· Rectificatõ nocȝ stõacho & cordi· & dixit filagius cum melle ro· tollitur eius nocumentuȝ·& similiter cuȝ rosis & mastice· semẽ autẽ eius ꝓpinãdũ ẽ cũ aqua mellis rosaꝝ·anisũ aũt et semẽ feĩculi & dauci & sil'ia auferũt nocum̃tũ ipsius·flos aũt eius d̃coctionẽ mediocrĩ ter substĩet·semẽ vero ei⁹ pl⁹· Paul⁹ capitulo de genestra ·Est alia que vocat̃ genestra fri· & sic· complexionis similis genestre superiori·sed minor est·et habet stipites minores & angustiores & album florem facit· Possedo· Dyasc· Semen genestre & flos bibitus cũ mulsa hũores voĩtib⁹ purgat Gali· Fruct⁹ sparti et bacculorũ succus laxatiue non debiliter est virtutis· Io·mes· Per vomitũ et ꝑ ventrem educit flegma·& cũ fortitudine vehemẽti materias q̃ sunt in iũcturis & mundificat renes ab oĩbus supfluitatib⁹ & prouocat vrinam fortiter· & frangit lapidẽ in renibus & vesica·& nõ ꝑmittit materias figi in eis neqȝ lapidem densarĩ Et quando flores eius contriti ꝓpinant̃ cum melle ro·aut cũ ouo sorbili resoluũt scrofulas·& oximel ex eis aut semĩs ipi⁹ soluit ap̃ata splenis· Et si frequentatur vomit⁹ cũ eis cõueĩt sciatice et podagre & dolori renum· Dosis eius est & ꝓprie florum a·ʒ·ii· vsqȝ ad quinqȝ·seminũ eius a ʒ·ii·vsqȝ ad·iii·vel quattuor· Dyas· Semẽ ei⁹ et flos bibit⁹ cũ mulsa hũores vomitib⁹ purgat· Paul⁹· Virtutẽ hȝ cõstringẽdi·ad fluxũ menstruoꝝ valet fomẽtũ ex aqua decoctõis ei⁹·suppositoriũ etiã ex puluere ei⁹ et succo plãtagĩs· valȝ etiã cõtra disinteriã predictũ fomẽtum·

Genetia·i·liber quidam sic vocatus·
Gendebedulter· ·i·castoreum·
Genseechim· ·i·domesticum·
Geniotilis· ·i·mercurialis·

Geniculata·centumnodia·poligonia·ꝓserpinata· sanguinaria idem· & est alia species sanguinarie differens ab illa·l·l· sanguinaria·
Genicularis· ·i·linchitis·
Genitra·i·gũmi rute montane·
Genimen· ·i·semen vel succ⁹
Geniture·i·carnes superflue que nascuntur in concauitatibus et oppilantur·
Genitale iter· ·i·aborsus·

CCLXXXVII·

Gentiana latine· grece narcanara·sentiana· Dyas· capit· de gentiana· Gentiana dicitur ĩuenta esse ab imperatore illirico eiusdeȝ gentis·vnde et nomen accepit·cui⁹ folia que circa radices sũt nucis odorẽ habẽt et sunt similia plantagini·sed paulo subrufiora·et in sũmo diuisa vel ĩcisa in spẽȝ serre ĩmediate habens hastam que hasta lenis ẽ et vacua digiti habẽs similitudĩeȝ lõgior duob⁹ cubitis nodosa circa quos nodos folia nascuntur·semen est ei circa folia ĩ pomulis latis et leibus·et nõ ĩutile sicut affodilli·radicem habet sicut aristologia longa·solidã et amaraȝ·sȝ nigrioreȝ et fragiliorẽ·nascit̃ locis altis et hũectis et vmbrosis et cetera· Plini⁹ cap. de gentiana·Hanc inuenit gentius illiricorũ rex que vbiqȝ nascens in illirico tamen ꝑstãtissima· folio fraxini. sȝ magnitudine lactuce·caule tenero pollicis grossitudĩe cauo et inani ex interuallis foliato· triuȝ aliquando cubitorum·radice lenta subnigra sine odore aquosa· montibus sub alpinis plurĩa·vs⁹ ĩ radice et succo et cetera· Sera·lib·aggre·cap·sentiana auc· dyas·Sentiana·i·gẽtiana et ẽ basalax siue basilisca·et ẽ plãta hñs folia q̃ sũt iuxta radicem similia foliis nucuȝ vel plãtagĩs et color eorũ trahit ad rubedinẽ sanguis et a medietate ei⁹ supi⁹ vsqȝ ad sũmitatẽ ĩcisione minuta sicut serra·et hȝ hastaȝ concauam interius et lenẽ in grossitudĩe digiti et longitudinis brachij· et habet nodos a se inuicem distinctos in quibus nascuntur folia· et habet semen velut in pomulis latis lenibus sicut semen plante que dicitur sachilio· sed habet radicem longam similem radici aristologie longe grossam amaram ad nigredinẽ declinãtẽ et frangibilẽ· Nascitur ĩ montib⁹ excelsis et locis vmbrosis et hũidis· Paul⁹ ca· de gentiana· Gentiana ca·est et sic·in. iii·

gradu. Posse. Galie. vi. sim. pharma. cap. de gentiana scdm trāslatoꝝ arabicaꝫ Id qd de ipa administrat̃ ē radix hui⁹. cuius sapor ē amar⁹ i fine amaritudīs. Et virt⁹ ei⁹ ē magna i mūdificatō et abstersione et apiendo oppilatōꝫ. ē em̄ calefactiua et stiptica. Et idē eodē libro et eodeꝫ cap. secūdum translatōꝫ grecaꝫ. Gētiana huius herbe radix efficax est vbi oportet subtiliare aliqd. et abstergere et deoppilare. nec est mirum si hoc potest amara violenter existens. Sera. Ego nō vidi medicinam meliorem in morbibus canis rabidi. quando datur ex ea qualibet die ʒ. i. trita & cribrata cum. ʒ. i. mirre. & cuꝫ ʒ. ii. pulueris cancroꝝ fluuialiū adustoꝝ in principio egritudinis anteꝙ timeant aquam. & hec quidam planta contraria ē venenis mortiferis. & aufert nocumētū eorum cum auxilio dei Dyas. Gētiana ē acris et calefactoria. et relaxās acrimonia et amaritudie sua. ptū expellēs & serpētes fugās. Radici ei⁹ virt⁹ ē ca. et stiptica q̄ radix. ʒ. ii. cū pipe et ruta & vino accepta morsib⁹ venenatis occurrit. succi ei⁹. ʒ. i. accepta dolorib⁹ lateꝝ & conq̄ssatōibus vtilit̃ pdest stomaticis et epaticis cū aq̄ bibita maxie pdest. sicut collirīū supposita radix fac̃ aborsū. vulnerib⁹ iposita medet̃. succ⁹ ei⁹ sic licmiū iunct⁹ tumorē oculoꝝ cōpescit. maculas corpis tollit. Radix vero ifusa in aq̄ dieb⁹ v. & postea cocta q̄ndiu virtuteꝫ ex ea dimittat cōfricat̃. & sic deliq̄tur; postea aqua ipa recoquat̃ q̄diu mellis spissitudīeꝫ faciat. et reponit̃ in vase fictili ad vsum.

Gengilida. id est. rapa.
Genseit. id est. opoponax.
Genotium. id est. marrubium.
Genoscon. id est. vsnee.
Gemoti. id est. fermentum.
Gepelbatar. id est. aspaltum.
Geptealbatar. idem quod supra.
Gepteroia. id est. pix.
Gepion. id est. aaron.
Gepsein. i. lapis gipsi lumiosus pui⁹. cui⁹ subtilitas augmentatur cum aduritur.
Gepsin. idem quod supra.
Geps. idem quod supra.
Geraps. id est. peristeraon.
Geramum. id est. terra.

CCLXXXVIII.

Geramon. Dyascor. capitulo geramō. Geramon. i. cicutaria siue oxifilon. siue vt latini perimoīa. Cicutaria herba est folia habens similia ammomi diuisa et oblōga. est radix illi rotūda & dulcis. que comesta. aut cū vino bibita. ʒ. i. inflatōes matricis soluit siue ventositates et inflationes. Est alia species huius herbe virgas habēs tenues & pulueratas duob⁹ palmis a terra ascēdentes. & folia malue similia. et in sūmitate virgarum caput est sicut cicoree. sed hec medicine apta non est.

Gera sacra vel diuina pigra amara.
Geramos. id est. grus.
Geramion. i. herba muscata.
Gerauera. i. flosca molendini
Gerapion. i. sulphur viuum.
Geram. id est. cinis.
Gerad. id est. grillus.
Germandrea. id ē. camedreos. & est quercula maior.

CCLXXXIX.

Germanum latine vel siligo. grece tifa vel sithus. arabice siligohib. Galienus primo de edulijs. capitu tifa. auc. dioclis & menesithei ait. ꝙ post frumentum et ordeuꝫ melius quidem tifa. id est. siligo. Etenim sufficienter nutrit. & cum multo labore digeritur. panem autem assidue ex eis comedens. nullus vtiqꝫ ex inconsuetorum huic edulio san⁹ erit. neqꝫ oino si modicū. est ei graue et idigestibile. semen autē huius tife habet quidem exterius leuam id est. corticem. & a quibusdam vocatur paruum frumentū et equos. hanc quidā innocue comedere. vti autem frumento non sine nocumento. non improbabiliter autem vtiqꝫ quidam nominant paruum frumentū tifam. & colore & spissitudine & caliditate virtutis assimilataꝫ ipsi. Et idem vi. sim. phar. cap. sithus. Sith⁹ siue siligo acrior est credo non parum & cachochimia tamen ex putrefactione fiens est autem inflatiua. et hec quidem habet acre & calidum. plurimum vero frigiduꝫ aquosum acre Sera. li. aggre. capitulo siligo. Siligo vel hals auc. dyas. Sūt eius due species. in vna iueniuntur duo grana & in alia vnum. & quodlibet granum in cortice suo. & illud plus nutrit ꝙ ordeuꝫ. & est boni saporis. panis vero qui fit ex eo minus nutrit ꝙ panis tritici. Et idem auc. gali. Substantia huius grani ē media inter substantiam tritici & ordei quātū ad cibum. & secundū medicinam etiam. Et ex hoc potest sciri operatio ei⁹

per illud qd diximus de tritico & ordeo
Gersa est quoddam quod fit de plumbo
& aceto et vocatur gersa vel cerusa que
vocatur gersa serpentarie que pot fieri
ex serpentaria minori & maiori sicut inue
nies in l. Aaron. & illa ingreditur in vn-
guento citrino quod ponitur in antido-
tario gal. minori.
Gerestreos. id est. terra rubea. & est bo-
lus armenus.

CCXC

Gerebotanu vel peristerion gre
ce. arabice albea. latine autem
berbena vel sacra herba. Scien
dum q prima species gerebotani est cen
trum galli. & est supma. secunda species
gerebotani est berbena que dicitur galli
nacea. & est recta. & ideo vocat orthos
vt apparet in l. orthomia. & hoc dyasco.
dicit ca. de gerebotano. & prima species
gerebotani a quibusdam vocatur peri
sterion. & illa est centrum galli. et ideo i
litera p. facit semotim capitulum ab illo
quod incipit gerebotanu. & illud icipit
peristerion. vnde dicit gerebotanu ideo
nomen accepit tale quoniam sacerdotes
ea purificationibus adhibere cosueuerut
Plini iunior capitulo d gerebotano.
Gerebotanum ideo a grecis hoc nomen
accepit quia est remedium purgamentis
hominum & purificationibus sacerdotu
a getibus pbabatur vnde et ea potifices
sanguima vel sagimen appellabant quasi
sancimen. hac iouis ara verritur. domus
purgatur. lustraturq. hac pagani ad ho
stes ferre solebant tuti. hec & berbena
quia pura. & ideo pagani in sacrificijs ea
vtebantur. Dyas. ca. de gerebotano.
Gerebotanu quam multi peristerion aut
berbena dicunt. species habet duas vna
est supma. altera recta. prima vocatur
sydericis curetis et alchea et cypezissis ut
asclepius in libro memorat. & pytago-
ras erisceptron nominat. latine dicitur
licinia quasi lustrago vel vertipediu. vel
centrum galli. secunda quam erectam di
ximus vocatur etia trigomon bumo vel
gerebotanum hercularia latine crista gal
linacea vel berbena. vtreq folia subalbi
da & veluti incisa habent similia orio. s
angustiora & virgas in cubiti logitudie
& aplius & angulosa & radices tenues
et longas. Plini iunior cap. de centro
gallo. Centru galli quodda e domesticu
e sui aptum maioribus folijs oblongis et
rugosis. flore albo. serit i ortis. Siluestre
minoris plante folijs partitis et rugosis
semie nigro quod multi integru i oculis
ponetes ipsos clarificare dicunt. ob hinc
sclaream vocant. et eracleam et ferariam
nigram. Gal. viii. sim. phar. capitulo
peristerion. Peristerion nominatur sic ex
eo q columbe couersantur in eo. virtute
habet siccatiuam vt consolidet vulnera.
Posseon. Dyascor. Radix berbene et
folia cu vino bibita et cathaplasmatibus
adhibita ycterícis medentur. et morsib
venenatis occurrut. foliorum eius. ℥. i. cu
vio iposita p dies qttuor et gargarismo
ipa folia adhibita vulnera oris et putre
dines tollunt. Elixatura eius si in duiuio
aspersa fuerit hilaritatem prestat. datur
vero tercianarijs cum foliis tribus et ra
dicibus tribus. qrtanrijs vero quattuor
numero. foliis et radicibus tota herba
vulnera glutinat et alienationes stringit
et ad omnia venena potui data optime
facit. hec autem herba ide nome accepit.
q sacerdotes ea purificatonib adhibere
cosueuerut. In passionario habetur q si
medicus visitando infirmum ipsa in ma
nu portauerit egroto insciente et dicet
egroto. qliter es. si eger dic bn sanabit.
Et si dicet male morietur. Paul. Aq
decoctionis eius matricem mundificat
optime. et menstrua prouocat. Seme ei
cum succo feniculi oculis impositu ipos
mundificat.

Germen.	id est. semen.
Gerion.	id est. betonica.
Geris.	id est. incubus.
Gergir.	id est. eruca vel ozi mum.
Germina.	id est. effectus.
Geroncei.	id est. senationes.
Geroboni.	id est. plantago.
Germon.	id est. linum.
Gerusan.	id est. lolium.
Geruserion.	id est. ramnus.
Gergues.	id e. semia sinapis.
Gesasteria.	id est. creta.

Gesasseb. id est. terra astra et interpreta
tur rubea. et est bolus armenus.
Gesanselum. sulphur viuum.

CCXCI

Gessamia secundum dyas. est ter
ra. a ge. qd est terra. et samos
quod est insula quedam. inde
gessamia terra q aufertur a samos insula

Eligenda est que est alba & leuis ·lingue adherens & spargens se super cartam & fragilis qualis est quam multi colirion dicunt ·duo sunt genera eius vnum quod dictum est· alterum quod dicitur astraplacondes quod est laminosum. Plica·gessamia· Gessamia terra ē naturalis apud greciam quam optimaz iudicamus que est leuissima et cādidissima fri·et sic·& cetera· Possedoñ·Dyascor· Ambo genera virtutis sunt stiptice· Cōburunť autem et lauantur sicut terra que dicitur eratrias· sanguinez reijcientibus cū aqua bibita & magis imbrili subueniūt ventriculosis & disintericis·fluxum mulierum stringunt cū balaustia date·cū aq̄ trite et peruncte tumores tibiarum & testium compescunt·oleo rosaruz mixte sudores prohibent·omnibus venenis accepte cuz vino occurrunt·

Gessecāna est lapis quo aurifices vtūtur ad aurum limpidandum· Eligendus est lucidus & grauis· virtus est illi frigida stiptica stomacho accept9 medicatur·reuma oculis abstinet ·vulneribus cuz lacte infusus opitulatur·

Gessase· ·i·spongia marina·

Gesentera·i·isculi q̄ dñr lūbrici terre··

Gesse·id est ·quando oculi post dormitōnem aperiri non possunt·

Gesichim· id est·gariofilata·

Gesimum· id est·rosa·

Gest loco ei9 poitur cortex vel pellicula que est inter corticem & fructū glandis vel castanee·& est quidam fructus quo caremus habens figuram pinealez in ei9 capite sunt sicut due spine· & similatur multum amigdalis fri·est et sic· astrigit omnem fluxum & potissime sanguinis·

Gethel· id est·pulegium·

Gethe· idem quod supra·

Gethefarin· ·id est·marrubium·

Gethir· id est.eruce·

Getismeten nuces sunt cuiusdaz arboris equales fere in longitudine que faciunt dormire vsqz ad mortē·& nascūť sibilie·

Gezar· id est·baucia.

Gezamor· id est·ramnus·

Gezablon· id est·andacucha·

CCXCII

GEzear secundum dyascor·sunt eius tres species·vna species est cuius folia sunt minora folijs feniculi· Et est in eius forma & est ei9 crus vsqz ad quantitatez palmi· Et quod est superius est citrinum·& habet summitatem sicut habet coriandrū & anetuz & habet fructū albū acutū boni odoris & masticatōis·et nascitur ī locis spaciosis solitarijs et lapidosis· Et est alia ortulana que similatur herbe apij romani acuta· Et est adustiua boni odoris ·Est alia cuius folia sunt sicut folia coriandri & capitella sicut anetum·& habet sicut capita nucis plena semine que sunt sicut cinnamomum in forma & acuitate sua·ca·in fine secundi hu·in secundo·conferunt folia eius trita vlceribus corrosiuis·

Gleucon· id est·mustum·

Gremale· id est·emplastrum·


174

aderentium conseruatiua a putredine. Rectificatio·assatio acquirit ei facilitatē in soluendo ·et preparatio ipi⁹ cū aceto potest materias grossas adherentes et submersas facile expellere· Modus ppa rationis eius in elixatione est secundum hunc modum·accipiuntur lamina ipsius et separatim inuoluuntur in pasta et se pelitur ī cinere calido·et coqtur sufficiē ter·et extrahiē ex pasta·et administratur vbi oportet·Modus aūt assatōis ipsius ponatur ī vase luteo vitreato stricti ori ficij·et sigilletur ligatione forti cum per gameno et dimittatur diebus xl· et pro prie diebus maioris estus· et moueatur vas et mutetur vicissim omni hora·ita ꝙ eqliter in singulis ptib⁹ calefiat·deide ex trahaē squilla & admistreē vbi optet·Et qn̄q₃ miscetur ei post assationem tantū dē farine horobi qntū ipa ē·& fiūt inde trocisci & seruanē vbi optet·Mod⁹ autē opatōis aceti sqlltici scd̄m ꝙ gal·narra uit· Accipiaē ex lamis ei⁹ et ꝓprie q̄ sūt inter corticē et cor ipius qntitas quā vo lueris·& cōsue sepatim cū filo·& dimit te siccari ī vmbra p xl·dies·post hoc com minue ipas ī frusta et pone ad oēm librā eius aceti boni & albi libras vi·et pone ī vase vitreo stricti orificij·et strīge caput eius et dimitte in sole p alios xl·dies·& post illud cola·et admistreē vbi opt₃·Et si necessitas vrgēt festinare·sepeliaē vas ī cinē calido vel arena ca·cū successione nō repēte· s₃ ꝓprie inter horā et horā·Et dixit paul⁹ lamie eius ponatur sicut sūt in aceto a pn̄cipio veris vsq₃ ad finē esta tis ī vase vitreo sigillato exposito soli·et post illud administretur vbi oportet· & scire debes ꝙ sqlla de decoctōe substiēt rem mediocre₃ Aui·li·secundo capit·de squilla ·Squilla est cepe muris cuius folia sunt sicut folia lilij·et habet oleum ad nigredinem declinans·est ca·& sic· in secundo gradu·Et est incisiuu₃·et in ipo viscositas adustia est· Posse·Serap· Illud quod est in medio squille coquitur in oleo & dissoluitur in ea resina pini· et ponitur in scissuris que fiunt in pedibus propter frigus et curat eas·Et coquitur cum aceto et fit ex ea emplastru₃ ad mor sum tyri·Et administratur squilla assata in plurimis confectionibus ·et in illis in quibus ingrediuntur species aromatice et datur ex ea ī potu quando volumus ꝓ uocare vrinam·et in ydropisi·et datur illi qui conqueritur de stomacho·et cui cibus natat in eo et non digeritur·et datur ad tortiones ventris·et ad tussim antiquam et ad asma et ad extrahendum saniem a pectore·et pectus mundificat a grossis humoribus·et sufficit ex ea pond⁹ trium onolosac·et admixto melle cocto et fa cto inde lohoc comeditur·et conuenit ad omnia que diximus·et purgat optime vē trem a chimis grossis viscosis· oportet tamen cauere ab ea illos quibus vlcera vel excoriationes seu vulnera ī membris intrīsecis sūt·et qn̄ assantur et liniuntur cum ea veruce que dicūtur acdas et hoc das et claui et scissure que fiunt propter frigus conuenit eis·sed semē ei⁹ quādo teritur et ponitur in ficu sicca aut admi scetur cū melle et comediē mollit vētrem Et quando squilla suspenditur integra sup limen hostij domus·ꝓhibet animalia venenosa et nociua a domo illa· S₃ aceti squillitici quando fit collutio oris cu₃ eo restringit gingiuas laxas·et cōfirmat dē tes cōmotos.et aufert putredinem et fe torem oris·et quando sumitur in potu in durat tracheam arteriam.et ingrossat eā et auget carnem eius·et clarificat vocem et fortificat eam·et administratur ad de bilitatē stomachi et ad maliciā digestiōis et oppilatōnes eius·et ad melancoliam·et apoplexiam et epilensia₃·et frāgit lapidē vesice ·et cōueīt suffocatōibus matricis et apostematibus splenis· et ad sciatica₃ et fortificat cor debile·et restituit ei sani tatem.et meliorat colorem et acuit visū· et proijcitur in aurem ·et conuenit gra uitati auditus· Et vniuersaliter est con ueniens omnibus egritudinibus corporis preterꝙ vlceribus ītrinsecis·et oport₃ ꝙ detur in potu in ieiunio· et detur pmo parum ex eo·deinde augeatur in dosi eius paulatim donec perueiat ad duos conos et quidam tribuunt duos conos· et plus vinum squilliticum conuenit malicie dige stionis et ructuationi cibi · et flegmati grosso quod est in stomacho et ītestinis et dolori splenis·et sciatice·et cōmotioni cerebri ·et malis habitudibus q̄ pparant ad ydropisim·et conuenit ydropisi ·et yctericie·et stranguirie ·et corrosionib⁹ et inflationibus·et rugitibus·et palisi·et oppilationibus·et rigorib⁹ febriū āticqrū et attritioni lacertorum et dolori laterū et prouocat menstrua ·et nocumentum quod infert neruis est modicum· Et est

contrarium venenis·fit autē sqlla hūida
sic:accipitur ex ea recenti cruda q̄tū vis
duplum tamen ad hoc quod acciperētur
ex sicca· & infundatur sicut infunditur
rapa· & fundatur super ipsum mustum
& ponatur in sole·xl·dieb? et coletur·&
colatura reponatur· hoc aūt q̄nto fuerit
antiqui? tanto melius·fit etiā vinū squil
liticuȝ hoc modo·accipitur squilla & mū
datur et inciditur & accipitur ex ea vsqȝ
ad tres mānes·& proijcitur super ipsam
ex bono musto ytalie āphora i·& dimit-
titur sex mensibus et postea colatur & re
ponitur in vase· Et confert hoc vinum
ad ea que supra dicta sūt·Et meli? vinuȝ
squilliticum est illud quod est antiquum
& oportȝ q̄ caueatur potus ei? i febrib?
& quando in membris interioribus sunt
vlcera Io·mes.Solutōe educit hūores
grossos viscosos.& dixit haly· cum hoc
etiam educit coleram nigram· & cuȝ hoc
iuuamentuȝ est magnum ad egritudīes
capitis sicut ē cephalia & epilensia & p
prie secundū omnē moduȝ admīstratōis
eius· & vertigo·et scotomia·Et oximel
eius poīt materias viscosas facile ad ex-
pellēdū & subtiliat chimoꝝ grossitudieȝ
Et ipsa quidem secundum omnē moduȝ
administrationis eius cōuenit iuuamēto
magno egritudinibus iuncturarū·& est
medicina bona pulmonis & pectoris· &
egritudinū in eis· Et proprie electuariū
ex succo eius et melle sumptuȝ lambēdo
clarificat vocem·et similiter oximel eius
et acetum ipi? est ex medicis bōis spleni
et grossiciei eius·et ē ex reb? p̄seruātibus
corpus a putrefactōne & seruātib? ipm
in sanitate sua et acquirit vsus ei? maciē
corpori & conseruat in iuuētute· Et ace
tum eius desiccat· & confirmat gingiuā
laxam & putridam & confirmat dentes
motos collutio ex ea· Et similiter potus
eius est medicia magna fetori oris faciēs
ipsū odoriferū·et sanat dolorē stomachi
& adiuuat ad digestionem·Et vsus eius
secundum omnē modum administratōis
eius cōfortat corpus cui accidit laxitudo
& mollificatio·et colorem efficit bonum·
Dosis potio aceti eius est a·ʒ·v· vsqȝ ad
xii·Et oximel ei? ab aureis·vi·vsqȝ ad ʒ·
Et trocisci ei? a.ʒ·ii·vsqȝ ad·iiii· Aui·
Oleū eius cōfectū cū melle ponit̄ super
alopitiā et serpiginē·Eius acetū exaspat
guttur & indurat carnē ipsi? · & ē bonū
asmati et oresmoni · & tussi antique·

Hau arab·latine cornu· Sera·
li·aggre·cap·hau·auto·galie·
plurimū quod administratur
ex cornu est ceruinū et caprinum· Nam
aduruntur et administrantur· Posse·
Sera·Aduruntur & administrantur ad
restringendum gingiuā·et confirmanduȝ
dentes·& cornu cerui quando aduritur
et abluitur curat vlcera intestinorum·&
fluxum sanguinis et fluxū ventris· et q̄n
bibitur curat yctericiaȝ· Et dosis ei? est
coclearia duo· & iā administrat̄ adustuȝ
& ablutum in sicc. & ad hec faciunt &
ad desiccandum humores qui veniūt ad
oculum·Et idem auto· pauli cornu cerui
& capre adustum abstergit dentes forti
ter·& curat gingiuam & sedat dolorem
gingiue inflate quando aduritur donec
albescit.et cōfert sputo sāguinis & ycte
ricie·adustum et ablutuȝ et confert disin
terie·Et ideȝ auto·dyasc·Quando cornu
cerui aduritur et lauatur et bibuntur ex
eo aurei·ii·cum draganto confert sputo
sanguinis et vlceribus intestinorum et
fluxui vētris antiquo·et yctericie·et do
lori vesice·Et confert cursui hūiditatum
antiquo ex matrice· quando bibitur cum
aliqua medicina conueniente ad hoc. Et
inciditur cornu in frusta et poītur ī olla
terrea et lutatur caput ei? et dimittitur
in furno donec albescat· lauatur autem
postmodum cum climia et sic conuenit
oculo ad quē currunt hūiditates· et vlce
ribus que sunt in eo ·et quādo fricantur
cum ipso dentes abstergit eos a sordib?
Et fit fumigiū cum cornu crudo et fugat
animalia venenosa· Et quando coquitur
cum aceto et colluitur os cuȝ decoctōne
cōfert dolori dentiū· Et limatura ei? q̄n
dat̄ in potu cū vino excludit lūbricos·

Haulech· ·id est·alac·
Hauleich· ·i·rubus·
Hauroch· ·i·curcuma.
Hausel· ·i·squilla·
Hausigi· ·i·rubus·
Hausegi· idem quod supra·
Haulec· ·i·lapatiū acutum·
Hausir· ·i·opoponacum·
Haunich vel haunic sunt limaces q̄ sunt in herbis in litore maris·
Habaras· ·i·stafixagria.
Habaon· ·i·morbillus·
Habrad· id est· quedam spe
cies dactili·

Habalarusa. ·id est· cubebe·
Hababes·id est·proprium nomen loci·
Habras· ·i·stafisagria·

CCCXIII

HAberas arabice vel numbasaf· grece pediculicida·latine sta= fixagria vel pedicularia vl' granum capitis·vel passula montana vel rosa regis Sera·li·aggre·capi·haberas siue habeltas aut·dyas·Est planta habēs folia silia folijs vitis agrestis incisa sicut folia malue agrestis·& hz ramos longos nigros·& flores similes florib9 plante q̄ dicit̄ baratis·s; miores·et coloris q̄si celestis·et hz semia i vaginis viridib9 sicut cicer hñs tres āgulos asperos·cui9 color ē ad rubedinē et nigredīdz declinis·sed i teri9 ē alb9·et sapor ei9 ē acut9· Gal· vi·sim·phar·cap·stafixagria scd̄m trāslatonē ara·ē acuta fortiter multū·Et virt9 ei9 est ca· adurēs & attrahit et abstergit abstersiōe forti. Dyas cap·stafixagria secundū translationē grecā. Stafixagria siue vt latini pedicularia nascit̄ vmbrosis locis habens folia silia viti agresti diuisa tanq̄ malua agrestis·& hastas longas & erectas & nigras·semē est ei simile ysati & florē silr habet qd̄ semē in folliculis viridioribꝫ obtenēū triū āgulorꝫ·et ē nigrū sed interi9 albū cū gustu viscido acri & calido. Auerois v·sui colliget ca· de stafixagria·Est ca·et sic·in·iii·gradu·
Aui· li·ii·ca·de stafixagria·Est ca·& sic·in tercio gradu· Possedoñ·Galie· Facit descēdere a capite q̄ndo masticatur aut fit gargarisma cum ea flegma multū & cōuenit cū egritudinib9 cū qb9 eleuat̄ cutis·et conuenit ad pruritū·participat autez adustiue cinusdā virtutis· Dyas· Grana ei9 xv·accepta cū mulsa flegmata pinguia vomitibus excludit. verū hi qui mulsam acceperint assidue bibant et deambulent· quia offocatōes citius prestat et gulā exaspat·trita et bibita pediculos necat Auer·Q̄n masticatur trahit fleḡ et succus suus mūdificat caput p nares Et electuariū eius valet ad morbū cadu cū et morfeam ·et menstrua educit·

CCCXIIII

HAbezel·i·asinus Auicē·libro ·ii·cap·de asino·Cinis carnis asini et epatis eius cum oleo valet suppositus fissuris frigoris·Cinis epatis asini cum oleo super scrofulas valet et sanat lepram·Contracti ex siccitate sedeant in iure carnis eius·Et caro ei9 etiā est iuuatiua·Epar eius assatū et a ieiuno comestum conuenit epilensie·Et similiter eius vngula adusta·et sit ei9 potio omni die duo coclearia·dicitur q̄ eius vrina cōuenit dolori renum·Et vrina siluestris asini frangit lapidem in vesica secundum q̄ dixit gal· Sera libro aggre·cap· lolen Ex lacte aliorū animalium fit caseus p̄ terq̄ ex lacte asine·quia est subtile non habens grossiciē· Almāsor·li·iii·capi· de lacte·Asininū lac omi lacte subtilius est·quod in pulmone patientib9 tandū est·hoc etiam post muliebre lac secundū gal·vii·therapentice·ethicis laudatum· Habel·i·granum cucul· Sera·li·agḡ· cap·habel·Habel ca·est et hu·in secundo ḡdu·et auget spma et xp̄ie q̄ndo miscet̄ cū sisamo·et quid est·l·l·lobahium·

CCCXV·

HAbel nil arab·i· granum moi· et est cartamū indū· Serap· li·aggre·capi· Habel nil plāta ei9 ē silis plāte lubleb adherens arborib9 duob9 brachiis vel trib9·et habz ramos et folia viridia·et i ramo cuiusqꝫ folij est flos coloris purpurei silis pēnis in figura sua. Et q̄n cadit flos eius·emittit semen in vaginis in q̄bus sunt tria grana miora granis stafixagrie in trib9 ptib9 diuisa· Et illa grana sunt illud qd̄ de ea admministratur in medicinis laxatiuis·laxat enim flegma et mundificat ipsum· Et dosis ei9 est a quattuor kirat vsqꝫ ad octo·et ē ca· et sic·in primo gradu·et miscetur cum medicinis·et facit morām in intestis·Et quando accipitur solum non laxat eodez die nisi post·xiiij·horas·Et dosis ei9 ē cū aliis medicis·sed simplex nunq̄ vidi daē nisi admisceatur ei scamonea que vincit ipsum ad expellendum flegma et coleraz
Io·mes·cap·de cartamo dicit q̄ q̄daz dicunt q̄ est vna ex speciebus cartami et hic dixit quoniam est cartamum indum licet sit aliud a cartamo nostro

CCCXVI·

HAbelzeli ara· vel grana ezelem latine piper nigrum· Sera· libro aggre ·capit·habelzeli·i· granū zelin·et ē pip ethiopiū vel nigrorū et est granū pigue in magnitudie ciceris et est citrinum exterius·album interius et habet saporem bonum·defertur ex terris barbarie·Et illud quod nominatur in barbaria crom·est simile faseolis i forma

sua·nisi q2 grana eius et cortex eiꝰ sūt minora fasceolis· hñt nigꝝ colorē et acutū saporē sicut pip· et deferē similiter a terris nigroꝝ·et sūt ca·in·iii·gradu hu·in pⁱo et conferūt dolori dentiū augēt em̄ in sp̄mate·et faciunt bonum odorem oris·

Habebelarus· ·i·iuiube·
Habelmeluc· ·i·cataputia·
Haberoriti· ·i·grana citri·
Habellien· ·i·piper album·
Habeel·id est·iuniperus vel fructꝰ eiꝰ·
Habes est vna ex speciebus malue·
Habelmuluc· ·i·catapu tia·
Habey· ·i·ieumal·
Habeolesen· ·i·carpobalsamū·
Habiam· ·i·pulegium·
Habix est proprium nomen loci·

CCCXVII

Habilhalach arab·grece arceotides· latine granum iuniperi vel iunipus. Sera·lib·agg·cap·habilhalach·Habilhalach ē iuniperꝰ & iuniperus est vna ex speciebus cipssi masculi·Et omnes sunt quattuor species & sunt iunipus & habel·i·sauina et zerbi & gara·i·iunipus que nomiatur arconas est ex eā alia magna·alia parua·& habet fructum quendā cuius fructꝰ ē magnus sicut nabach·& in litera habel dicit sicut zaror·Et quedam cuius fructus est puꝰ sicut faba ·nisi quia ipse est rotūdꝰ totꝰ·

Gal·vi·sim·phar·cap·de iunipo· Virtus arboris huiꝰ ē ca·et sic·in·iii·gdu ·sz caliditas ipsius fructus ē secundū hoc sz siccitas eius est in principio tercij·Et idē Sera·Sauina est illa que dicitur brachos siue bracheos & non habet fructum· & nos iam de ea diximus superius in litera habel·sed zerbin est illa que dicit̄ padras & habet fructum similem fructui cipssi nisi quia est minor eo satis·Et ē ex zerbi parua spinosa·et habet fructum similem fructui iuniperi cuiꝰ magnitudo ē sicut granum mirti·sed est rotundum· et sermo de ipso ueniet post in capit·de alchitran·et virtus zerbin est ca·et sic·in tercō gradu·sed gara est species pua respectu zerbi.memoria eiꝰ veit in l·gara·Archeutos siue Arconos·i·iuniperus·magna et parua ambe calefaciunt et subtiliant ·et prouocāt vrinā·et quando fit fumigatio cuz eis expellit venenosa reptilia·et habz fructꝰ· cuius qdā reperit̄ in magnitudie auellane·et quidā i magnidine fabe·nisi quia est rotundus· et habet odorē bonū et est dulcis habens in se aliquantulum amaritudinis· Dyas·capi·de iunipero secundū trāslatōnem grecam·Iuniperꝰ arbor alia est pua.alia magna·sed vtreqz acrioris sunt virtutis atqz mictualis et insensibilis· Auerois qnto colliget ca·de iunipero.Iunipus que vocatur abhel ca·est et sic·in tercio gradu· Paulꝰ ca·de vernice·Gūmi istius arboris ē vernix·

Posse·Dyasc·Prunis iposite fumigio serpentes fugant·fructus eius iocundus est·et odoris sūmi si in ore detinetur. et eustomacus est·et toraci vtilis est·tussiz sedat·ventrē et iflatōes sedat·tortōibus bibita subuenit· contra venena prestat auxilium ·diureticum est illi adiutorium spasmatibus et reumatibus pdest·offocationes stericas tollit·Appellatur autez a grecis arceotides·succꝰ eiꝰ medet̄ vipa vexatis·Item succꝰ eius exustꝰ atqz cum aqua illinitus lepraz despuit·Elimatō aūt ligni eiꝰ potui data iterficit· lacrimꝰ eiꝰ potui datus tussim veterē atz parotidas sanat Auerois·Abhel pūocat vrinā et mēstrua plus om̄i alia re·donec facit mingere sanguinem·Et facit aborsum et extrahit fetum mortuum·pro ista specie ·l·literam abhel·

Habilig· ·i·mirabolani·
Habrisen· ·i·lisuoli·l·l·seta
Haboanifa· quid ē·l·l·keadi·
Habonifa· ·i·cicuta·
Habohol· ·i·vsnee·
Habhalarhar·id est·granum iuniperi·
Habeleras· ·i·stafixagria·
Habelmeluch· ·i·granum regis·
Hacatula· ·i·mandragora·
Hacatos· ·i·cimbalaria·
Hacabdes· ·i·peonia·

CCCXVIII

Hacub alcaroeg arabice·grece salū·latine spina lata· Sera·li aggre·capitu·hacub.Hacub alcoroeg est herba quam nomiant hoies orientis spinam latam habens folia silia albe cameleonte· Et elixat̄ hec planta in principio sui ortus·et comeditur cū oleo et sale· Et lacrimus qui egreditur de radice ipsius si bibatur ex eo·ʒ·i·cum mellicrato prouocat vomitum·

Hacusa· ·i·mandragora·

CCCXIX

Hadadh arabice·grece liceos ·latine vero litium· Serapi·li·aggre·ca·hadadh·Litiū habet

tres species. vna earum est indica et alia
fit ex herba que dicit̃ zeriach. siue zerxab
tercia est arabica quam nominãt hadad
.i. litiuz. Et idem aut. dyas. litiũ accipitur
ex arbore spinosa q̃ hz ramos lõgitudine
duorum brachiorũ aut amplius. Et folia
sunt similia folijs arboris bussi rara. Et
habet fructuz similez piperi. et est niger
amari saporis. lenis tactu. et cortex ligni
est glaucꝰ similis litio dissoluto. et habz
radices multas procedẽtes a latere ligni
eiꝰ. nascitur locis agrestibꝰ. Et extrahit̃
succꝰ eiꝰ in hũc modũ. terunt̃ folia sicut
sũt cũ tota arbore aut ponunt̃ in aq̃ et di
mittũtur pluribꝰ diebꝰ & coquũtur. &
exprimũtur. & succꝰ ponit̃ ad coq̃ndũ
sup ignẽ donec ĩgrosset̃ sicut mel. et fit si
milis ex succo fructꝰ eiꝰ q̃n exprimit̃. &
ponit̃ in sole. & meliꝰ ex eo ẽ illud qd̓ ac
cendit̃ igne. & q̃n extinguit̃ facit spumã
cuius color est sanguinis. & exterius est
nigruz & interius est sicut crocus. & nõ
est pĩgue. & ẽ in eo stipticitas cuz amari
tudine. Et ex illo melius est indũ & for=
tioris opationis. Adulteratur autẽ litiuz
cũ amurga olei. cũ admiscetur ĩ coctura
eius et cũ succo absinthij et felle bouino
Et oportet ꝙ colligatur ex eo qd̓ natat si
mile spõgie. et reponit̃ ad opꝰ medicia=
rũ oculi. & residuũ eiꝰ ponit̃ ĩ alijs medi
cinis. Et dr̓ ꝙ indicũ facit arbor q̃ dicit̃
lithios. Et hec arbor ẽ de spẽbꝰ spine ha
bens ramos erectos lõgitudine triũ bra
chiorũ aut ãplius ꝓcedẽtes ex radice. &
sũt grossiores ramis rubi Et euellit̃ ab
eis cortex facile. et color eiꝰ apparz sic̃ co
lor sãguis. et folia eiꝰ sunt siĺia folijs oli
ue. & ex illa arbore accipit̃ litiũ. s. ab illa
que est spinosa. Et est apud nos medi
cina q̃i hu. et liquida. & substãtia eius est
composita ex virtute subtili ca. & terrea
frigida. & in sapore eius ẽ stipticitas. nisi
quia est pauca. Alia secunda species est
que fit ex arbore litios siue exacanton ap
pellata folia quercus similia atqz spinosa
generans. Nascitur ĩ dumosis locis. cuiꝰ
folia et radix in vnum contundũtur. &
in aqua dulci coquũtur vsqz ad grossiciẽ
fit & melius ex succo granorum exp̃sso
& in sole coagulato. Eligenduz est intus
colore rufo & deforis nigro. Gal. li.
dinamidiarũ ca. de litio. Fit secũda spẽs
litij in hũc modũ. prunellas de caprifolio
collige in mense septembris & ipsas tere
per lintheum extorquens succum eius. &
ad solem siccabis. In licia vero venditur
succus centauree pro litio. vt apparz in l.
centaurea licet falso Pliniꝰ ca. de litio
Litium succus est arboris vel arbustuli
pusille et spinose. folia vt quercꝰ habẽtis
cum punctis spinosis. cuius semẽ maturꝝ
vt granum regis apparet de cuiꝰ seminis
succo fit aliq̃ndo litiũ. et veriꝰ hec arbor
latine vocatur caprifoliũ. verum optimũ
litium est quod est indicuz. qd̓ extrĩsecus
nigricat. intus vero subrufum sicut aloe
gustu amarum. Et secunda species fit ex
arbore que dicitur lithios. Et hec arbor
est de spẽbus spie. et habz ramos rectos
longitudine triuz cubitorꝝ aut brachiorũ
aut ampliꝰ procedentes ex radice. et sũt
grossiores ramis rubi. et euellitur ab eis
cortex facile. & color eius apparet sicut
color sanguinis. et folia eius sunt similia
folijs oliue. Gal. vii. sim. phar. capitu.
litium secundum translationem grecam.
Litium vel pixacantum spinosa ẽ arbor
de qua fit vocatum litium. ẽ aũt siccatiue
virtutis ex diuersis compositũ. vna q̃dez
sbtili pte diaforetica et calida. altera aũt
terrestri frigida a q̃ habet & stipticitatez
sed hec quidem qualitas pauca oĩfariam
inest huic pharmaco. sed diaforesim &
exiccationem non paucam. sed secunduz
accessũ. in caliditate vero intermedia ali
qualiter locatum est & cõmensuratum
propter quod et ad diuersas passiones
vtũtur hoc pharmaco. in quibusdam vt
cõgregatiuũ. Et ideo ciliacis & disinteri
cis & fluxui muliebri afferẽtes. hoc ergo
litiuz in cilicia & capadocia plurimuz fit
aliud vero. s. indianum fortius operatur
ad omnia. Et idem eodem libro secundũ
translationẽ arabicam. Substãtia litij est
cõposita ex virtute subtili ca. & terrea
fri. Et in sapore eiꝰ est stipticitas. nisi qr
est pauca multum. et desiccat in secundo
sed etiam fri. & ca. est quasi in cõplexione
media equali. Et virtus eius ẽ q̃ resoluit
& abstergit resolutione & abstersiõe cu
ratiua. et congregat et restringit. Pos
sedo. Galie. secundum translationez gre
cã. Hoc pharmaco ad ypopiam vtuntur
Et ad flegmões q̃ in ano & ore. & vlcera
tiones & herpetas et putredies & male
morigerata vlcera. & aures pus fluẽtes.
& paranichia. & vngues leprosos. Et idẽ
secundum traslationem ara. virtus eius
est q̃ romouet quod in pupilla ex eo qd̓
obscurat visũ. et cõuenit fluxui vẽtris. et

habētibus vlcera in itestinis. & habētibꝰ fluxū mēstruoꝝ et ponit̃ in medicis pan ni q̃ fit in facie. et ī medicis vlceꝝ et apa tū que sūt in ore et in ano & formice. & ꝯuenit vlceribꝰ fraudulētis et putredini bus vlcerū. et putredini auriū. & tenas= moni et panaricio et fortificat capillos.

Sera. aut. dyas. Virtꝰ licij est stiptica & abstergit. & curat obscuritatē visꝰ. et scabiē et pruritū oculoꝝ. et abscidit cur= sū hūiditatū ad oculū veniētiū cursu ā tiquo. et ꝯuenit apātibꝰ gutturis. Et qñ linitur cum eo palatū cōuenit apatibus gutturis. & quando linitur cū eo ꝯuenit gingiuis et vlceribꝰ putridis et ragadijs ani et tenasmoī. Et quādo bibitur et fit cū eo cristere sanat fluxū vētris antiquū & vlcera intestinorū. Et bibitur de ipso cū aqua vsq; ad sanguīs fluxū. & sputū sanguinis cū tussi. et dat̃ in potu morsui canis rabiosi. quādo fiūt ex eo pillule & dant̃. et rubificat capillos. et curat pana riciū & formicā. et vlcera fraudulēta. & qñ fit cū eo nascale ꝯuenit fluxui ātiquo hūiditatū a matrice. Et dic̃ igencites qñ coq̃tur cū ramis eiꝰ in aceto cōueīt apati bus splenis & yctericie. et ꝓuocat men strua. Et qñ bibitur ex fructu eius laxat flegma. et conuenit contra medicinas ve nenosas. Et idem Sera. autoritate Rasis felicacharag. virtꝰ est cōposita ex cōtra rijs. Nam habet virtutem extenuatoriā digestoriam ca. & fri. & modice stipticā habēs vim. et ido diaforesim facit ꝓijciēs & purgans. Et facit autem ad ypopiam herpetas. & ad epatis vlcera. et ad paro tidas. & putrida vlcera. & conuenit vl ceribus oris et ani

Hafas.	.i. galla.
Hafases.	.i. coniza
Hafasies.	idem quod supra.
Hafranon.	.i. filipendula.
Haff.	.i. galla.

CCCXX

Hafs arabice. grece cicidos. Ha lapsa vel lapsana. latine vero galla. Serap. libro. aggre. auc. dyas. Est ex ea que accipit̃ ex arbore sua recens imatura ꝑua rotunda nodosa non perforata & grauis. & est alia que ē leuis perforata. sed prima medicinis est conuenientior. Idem auc. gal. Virides ex gallis sunt acerbe plurimum ꝙ est in eis substantia terrea. & sapor earum est sti pticus multum. virtus earū est fri. in. ii. gradu & sicca in. iii. Pli. Galle fructꝰ in siria & egipto copiosius existit Pos sedo. Dyasco. Omnes species gallarum sunt stiptice fortiter. que quādo teruntur & puluerizantur super carnē superfluā delent eā. & ꝯferūt ad vlcera corrosiua & prohibent humiditatem que currit ad gingiuas. & conferunt alcole. & quando accipit̃ id quod est intra gallā. et ponit̃ in corrosuram dentis sedat dolorem eius & quando cōburuntur super prunas & extingūtur in aceto & sale strigūt fluxū sanguinis. & decoctio gallarum quando fit sessio in ea confert exitui matricis. & cursui humiditatum ātiquo & exitui ani & quando infundūtur in aceto aut aqua nigrificant capillos. & qñ puluerizantur & dantur in potu in aq̄ aut vino ꝯferunt humiditatibus vlcerum intestinorum & fluxui antiquo. & sunt conuenientes in ci bis eorum. & similiter quando coquitur cibus eorū in aqua in qua bullierint. Et vniuersaliter quidem administrande sūt ad stipticandum. retinendū. & desiccādū & īfrigidāt satis. Et dicit Sera. auc. gal. ꝙ virtus earum secunda est q̃ repercutit & prohibet et aggregat. et tercia virtus fortificat mēbra fluxa debilia. et prohibꝫ omnes egritudines que fiūt ex humorum dissolutione. et eorum fluxus prohibet.

CCCXXI.

Hafir arabi. latine pes. Sera. li. aggre. capit u. hafir. auc. gal. Hafir. id est. pes. scef ara. id est vngula. zeron ara. i. augmentationes que fiunt in cruribus animaliū maiorum. vt equorū. veb arā. i. molares dentes. quidā adurūt vngulam caprarum. et conficiunt cinerem eiꝰ cum aceto forti. et linitur in alopitia et conuenit. Et quidā accipiunt vngulam asini et adurunt et curant cum ea epilensiam magnam. Et idem cinis re soluit scrofulas quando conficitur cum oleo. et qñ fit puluis ex ea est desiccatiuꝰ et curat vlcera q̃ fiūt ī maībus et pedibꝰ propter frigus. augmentationes q̃ fiunt ī curibꝰ et iūcture equoꝝ. q̃ndo terunt̃ et dantur ī potu cū aceto curant epilēsiā Et vngule caprarum quando adurūtur et miscentur cum aceto. et fit ide linitio super alopitiam curat eā. Sed limatura dentis elephantis est stiptica. quando fit emplastrū cum ea curat panaritium. sed molares dētes canis rabiosi q̃ momordit hominem si accipiātur ex eis et ligentur

in corio et suspendantur in brachio ꝓhi
bent a morsu canis rabiosi.

Hager ·i·lapis·
Hagetotida ·i·cameleonta·
Hagesida ·i·galla·
Habaras ·i·stafixagria·
Habalebi ·i·solatrum·
Habadeb ·i·spodium·
Habe·i·arbor draganti. & est acantos·
Habelibet ·i·aristologia·
Habeliblet idem quod supra·

CCCXXII·

Hakille arabice.grece tiam⁹·la-
tine faba· Gal·vij.sim·phar·
cap·de faba secundũ trãslatõeȝ
grecã·Tyamus·i·faba secundũ vtranqȝ
ꝓpe mediã cõplexionẽ est in exiccando &
infrigidando· participat aũt quadã parũ
per abstersiua virtute·caro eius sicut &
cortex stiptic⁹·Et ꝓpterea quidã medico
rum fabã totã coquentes cũ oxicrato di
sintericis & ciliacis vomitiuis dederũt
Est aũt vt cibus quidẽ semp inflatiu⁹ &
vix digestibilis·expuitionib⁹ tamẽ que ex
torace & pulmone ydone⁹·vt farmacum
vero extrinsec⁹ appositũ intristanter sic-
cat·in podagricis nãqȝ vsi sum⁹ multoti
ens ea p aquã coquẽtes·deinde miscẽtes
adipem porcinam· In cõtusionibus vero
& vlceribus que secundum neruos per
oximel farinam apposuimus· In hijs vero
qui iam flegmonant ex plaga cuȝ alphis
& testiculoꝝ & mãmillaꝝ est bonũ catha
plasma .amant eñ he ꝑticule moderate
infrigidari·cũ flegmonãt·Et maxime quã
do ex lacte i eis caseato mãmille flegmo
nant·Etenim & lac extinguitur ab huius
modi cataplasmate·sicut & infantium pe
cten cum cathaplasmatur farina fabaruȝ
vsqȝ multũ manet absqȝ pube· Et idẽ li·
de cibis cap·de fabis·virides autẽ cõme-
ste anteꝗ͂ maturentur & exiccentur·habẽt
cõmune omniũ fructuum quousqȝ ante
maturitatẽ offerimus:alimentum humi-
dius dantes corpori·Et ꝓpter hoc magis
superfluitatum non secundum intestina
solum·sed secundum totum habituȝ·me
rito igitur qui tales·nutriunt quidem mi
nus:secedunt auteȝ magis.vnde non so
lum crudas comedũt virides fabas multi
hominum·sed etiam cũ carnib⁹ porcinis
& caprinis & arietinis sicut alia olera·

Sera·li·aggre·capitulo hakille·Hakil
le·i·faba·Sapor corticis eius est stiptic⁹
virtus ei⁹ infrigidat tempate·& desiccat
desiccatione sine nocumento·virtus eius
est que abstergit·& conuenit fluxui ven
tris & vlceribus intestinorũ & vomitui·
Et quãdo coquũtur cũ aqua & miscẽtur
cum axungia porci conferunt podagre·
Et quãdo coquũtur cum aceto & melle
& ponũtur super vlcera q̃ fiunt ĩ neruis
conferũt·Et quando accipitur emplastꝝ
ex farina eius cum sanich ordei conuenit
membris habentibus apostemata ꝓpter
percussionẽ·et est emplastꝝ iuuatiuũ te
sticulis et mãmillis & potissime pubescẽ
tium cũ farina fabaꝝ·ꝓhibet ab eo longo
tempore ortũ pilorum ĩ eo· & secundum
cibũ est magis inflatiua ꝗ͂ aliqs ali⁹ cib⁹
& tardioris digestionis· Dyas·cap·de
faba secundum translatõeȝ grecam·faba
nostra sumpta inflationes ꝑstat·& indi-
gestibilis est·tussim medetur·& accepta
disinterijs & solutioni ventris singulare
presidium est.vomitibus est vtilis cui si
aqua in coctura fuerit mutata inflationẽ
stomacho nõ facit·viridis cõmesta vẽtrẽ
inflat·et cacostomaca est·farina fabe ca
thaplasmatib⁹ adhibita cũ polenta tumo
ribus pcussure occurrit·id sola facere no
uit tumorẽ mãmaꝝ simili modo curat·lac
mãmillis nimis ꝓfluẽs imposita vt catha
plasma strigit·mixto melle et farina fenu
greci parotidibus ꝓdest·liuores corpis
detergit·cũ rosa et thure masculo et albu
mine oui mixto dolores oculoꝝ et glau
comata curat·vino mixto suffocationes
et pcussiones oculoꝝ cõpescit·dentibus
cõquassata et fronti imposita tumores
testiũ spargit·infantib⁹ si imposita fuerit
testes ꝓpendere non sinit· Corium ei⁹ co
ctum et cathaplasmati impositũ maclas
albas emẽdat·i balneis fricatõe adhibita
capillos tenuescere facit·polẽta et stipte
rea fusti et oleo veteri mixta et imposita
vt cathaplasma scrofis opitulatẽ·lanã sic
inficiet·fluxũ sanguinis vulneꝝ stringit
puluere ipo solo asperso·Faba media est
inter fri·et ca· distemperantiam·aliquid
pticipans proiectorie virtutis et stiptice
quare exterius posita sine molestia desic
cat·podagricis igitur et arteticis in aqua
cocta admixta adipe ouis recenti aut an
serina mitigat dolorem neruorum·aut cõ
tractionem·et vlcerationes cum oximelle
fabe farina cocta et superposita vt cata
plasma sanat·Nam et ad testiculos et mã
millas est optimum cathaplasma·amant
enim loca hec mediocriter infrigidari si

sint inflamata· maxime quando de lactis
coagulatione patiuntur inflamationem·
Rabi moy·ca·de Faba corrūpit men
tem Ysaac in dietis ꝑticularibꝰ ꝑticula
prima cap·ꝺ̓ fabis·Fabe ĩ natura sua fri·
in siccitate diuerse sunt·Comedunẽ sicce
& perfecte suis temporibꝰ·Comedūtur
em̄ virides necdū messionis sue cōpleto
tp̄e. virides fri·sūt & hu·primo gradu·
nutrimentū eoꝝ nimis generat humores
crudos & grossos inflatiue ventositatez
faciūt in sup̄ioribꝰ ventris·ꝓpter qd̓ sto:
macho valde nociue sūt· Sicce vero suis
qꝫ temporibꝰ ꝑfecte fri·sūt & sic·in pri:
mo gradu·nō mlaudabilē sanguinē creāt
ordeo magis nutriūt accidentaliter nō na
turaliter duabꝰ de causis· vna ꝓpter sue
sb̄stantie grossiciē: & tarditatē solutōis
ex membris· subtilitate vero substantie
ordei.et dissolutione ex membris cita· vn
de minꝰ nutrit·Secunda ꝓpter sui multi
tudinis ventositatē & grossiciē eiꝰ·vnde
carnem inflat & dilatat·& opaẽ in ea id
qd̓ frumentū in farina·ꝓpter hoc in sup̄i·
oribꝰ ventris ventositatē plurimā gros
sam generat & inflatiuā·ex qua fumꝰ inci
pit ascendere cerebro nocens. & somnia
multa corrupta inducit· Cū igiẽ naturali
ter hoc habēt fabe·nō eis aliquo coctōis
modo possūt auferri. Vñ Gal·Fabe si ni
miū coquanẽ inflationē & ventositatem
suā sicut ordeo auferre nequimꝰ: minuere
tñ possumꝰ· Experimento aūt probatur
in eis qui fabis vtentes assidue indigesti:
onē patiunẽ·& si sanissimꝰ sit fit idē· Itē
Gal·Fabe sup̄ cibum inflationem faciunt
& dure suut digeri secundū medicinam
adiuuāt humorem vt excreeẽ de pectore
& de pulmone: quoniā colamentū est in
eis: & ideo nō moranẽ in stomacho sicut
alij grossi cibi·manifestat hoc colamētuz
& mūdificatio: qꝛ cutim exteriꝰ mundifi
cari cernimꝰ cum earum farina abluiẽ·id
circo ad lentigines valet· qui igiẽ cutem
sui corp̄is mundificare voluerit·ex fabaꝝ
farina lauare asuescat A p̄ati in mām illis
vel testiculis apposita cathaplasmate fa
cto dissoluit.omnia aūt que diximꝰ earū
insunt medulle tantūmodo·Cortici autē
nichil est. Est enim stipticꝰ & colamentū
nullum habens·vnde aliquādo fabas cū
cortice coquimꝰ in aceto·damusqꝫ diariā
patientibus propter defectum cōceptiue
virtutis in intestinis·Electio em̄ magna
alba nō vetus diuersis coquiẽ modis· vn
de & diuerse sunt in eius corp̄e actiones
sunt nāqꝫ cocte aqua·sūt assate igne·aq̄
cocte laudabiliores sūt·qꝛ aqua plurimū
aufert ventositatis maxime & grossiciei
maxīe si eiecta priori altera ꝯiungaẽ· hec
quoqꝫ coctio duobꝰ modis fit·aliquādo
cū cortice & dure sūt ad digerendum &
inflatiue· Stipticitas em̄ corticis egestio
nē ꝓhibet ventris· mora eius diuturna in
ventre necesse est vt inflationem generet
sine cortice cocte minꝰ sūt inflatiue: cito
digeruntẽ: & si secundū ius fiat calefacti
uis rebꝰ appositis sicut pip̄ & ʒinʒiber et
oleo amigdalino·ꝑfecta est medicina ad
coitus opationem·sūt qui eis vescentur
elixis aliquādo cum cortice· aliquādo sine
eo· & de his supra que diximꝰ videamus
Cōmesta em̄ aliquādo cū menta origano
cimino & similibus suā ventositatē & in
flationē minuūt· Assate minꝰ habent in:
flationis·& ad digerendū sūt durissime
veꝝ tñ si in aquā infundanẽ post assatio
nem et cū cimino menta et origano come
danẽ partē amittunt· Dyas·Fabe inq̄t
noue veteribus magis stomacho nociue
Fabe mixte farine fenugreci cathaplasma
te facto ap̄ati retro auriculas valent.et
ad liuorem similiter sub oculis cum rosa
mixte thure ouiqꝫ albumine ad exiccatio
nē valent oculoꝝ cathaplasmate facto·
Masticate etiā et in temporibꝰ apposite
humores a capite ad oculos descendētes
resistunt·cū vino cocte si cataplasma fiat
testiculo·apostema calidū dissoluit·fari:
na eaꝝ·pueroꝝ apostema ĩ ĩguibus extin
guit·loci in quibus pili sūt nascituri sup̄
posite subtilem ac defectū pilum faciūt
Scisse vero in duas cathaplasmate super
canis morsibus de facto sanguinē strin:
gunt·māmillis lactis ꝓpter coagulationē
induratis apposite dissoluūt et lactis in
hibent exitum·Si aūt cuz alumine et oleo
veteri misceas scrofulas dissoluūt·

Hakkaraba ·i·piretrum·
Halandali ·i·coloquintida·
Halauchach ·i·squilla·
Halanum ·i·sparagus·
Halazarata ·i·piretrum·
Halcaliat ·i·terbentina·
Halcal ·i·acetum·
Halfagel ·i·rafanus·
Halhas ·i·es vstum·
Habac ·i·indicum·
Halkasmeth ·i·feniculus·
Haltalep·i·viriditas inuenta sup̄ aquam

i.i. viriditas.

Halelcalmibit id est gũmi fistici.
Halebep .i. caisir.
Hales est vna ex speciebus malue.
Halbet .i. species rubi.
Halterma .i. galbanum.
Halibium .i. iringium.
Hulibien idem quod supra
Halib .i. mulsa.
Halim .i. pulegium.
Halimon .i. cretanus.

CCCXXIII.

Halilig arabice. grece & latine mirabolani. Vbi sciendũ qđ secundum Mes. Mirabolanorum species sunt. v. & sunt fructus arborũ in india existentium & non eiusdẽ maneriei sũt omnes. sed diuersorum effectuum & diuersarum formarum. vnde versus. Mira bolanorum species sunt. v. bonorum m. Citrinus kebulus belliricus emblic9 ynd9. Quidam dicunt qđ sunt omnes ab eadem arbore producti: ita qđ citrini sũt de primo germine. Et nigri indi sunt in quib9 peruenit cõpletio & maturatio. & dixerũt qđ arbor eorum est de bis ferentib9. & qđ citrini sunt de primo germine & niger similiter. kebulus germen secundum tulit sed falso. imo producuntur a diuersis arboribus. & illud est qđ creditur. sed aliqui volunt qđ emblici et bellirici nõ numerentur inter mirabolanos. qm̃ Auicen. & Sera. de eis diuersa faciunt capitula. Nã Sera. libro aggre. facit cap. de emblicis & bellericis: quod incipit amleg. & facit capitulũ de alijs tribus per se de quo dicit halilig. i. mirabolani: cui9 tres sunt species kebuli citrini & nigri. & sũt illi qui nominantur indi et seni & kebuli. Idẽ autẽ. Habẽ Mesuay. meliores sunt ex eis quorum color est citrin9 approximans viriditati. graues pleni sine rugis. & dicit autẽ. Ysaac. Et sunt fri. in primo gradu. sic. in scđo. nigri fri. & sic. in primo. Mirabolani indi vel nigri & de seni sũt similiter ex speciebus habentib9 corticẽ subtilẽ nigrum. Et cortex eorum vergit ad citrinitatẽ. & sũt siles oliuis in forma sua. Et iuuamentũ est eorum min9 iuuamento aliarum specierum mirabolanorum. Et idem auto. Aben mesuay. Mirabolani seni sunt ex specieb9 oliuarum qui quando condiũtur corroborãt stomachũ & incorpiant eum incorpiatione pauca & nõ est in eis iuuamentũ cõtum in kebulis Et ex kebulis quidam sunt citrini. quidã nigri. & nigredo q̃ est in eis est propter ampliorem moram quã fecerũt in arbore sua. & sunt pinguiores & carnosiores citrinis in colore. qz ipsi fecerunt maturationem ampliorem. & illi qui colliguntur ante sunt citrini. & quando sumunt̃ triti inducunt laborem in stomacho: quoniam natura laborat multum circa ipsam. sed quando infundit̃ aut decoquitur extrahitur virt9 ei9. & proijcitur eius substãtia & est leuior nature & descendit velocius a stomacho. Et ille tres species mirabolanorum miscentur cũ tamarindis. quoniã tamarindi extingunt calorẽ. & abscindũt nauseam. et sedant vomitũ. et extingunt calorem febrilẽ. nisi qz nocet tussientib9 propter acetositatẽ que est in eis. Auic. de viribus cordis ait Mirabolani sũt fri. & sic. Io Mes. Mirabolani sunt de medicinis benedictis. non enim debilitãt cũ solutione sua. immo confortant stomachum proprie & viscera preparant & coadunãt partes eorũ. & cõfortant cor & epar & corpus totum. non enim nisi ad vnum vitentur nociui. adquiritur enim dispositis ad hoc oppilatio. & proprie paratis cadere in ipsa: sed sunt de perfecte rectificanti bus medicinas que habent acuitatem & purgant dissoluendo: magnifice em̃ adinuenit qui eos et proprie citrinos cũ scamonea miscuit. reprimit em̃ eã propter obuiationẽ substantiarum et qualitatũ adinuicem et eam in soluendo iuuant. Citrinos in v. proprietatibus laudauerunt sapientes in colore. s. vt sint citrini multe citrinitatis declinantes ad viriditatem. et vt sint in pondere graues et densi. et in confractu ris suis inueniat̃ sicut gũmositas et sint grossi. Et vt cortex eorum sit densus spissus complectẽs ossa sua. et laudauerũt kebulos in quattuor proprietatibus vt sint grossi et quanto grossiores tãto meliores. et sint subnigri declinantes ad rubedinem. et sint graues in pondere cite submersionis in aqua: et sint habentes spissitudinem corticum suorum. Nigros quoqz yndos in. v. proprietatibus laudauerunt vt sint nigri et confracti habẽtes densitatẽ substãtie. et sint grossi et graues et carentes ossib9. quãto aũt ab his elongãtur proprietatib9 tãto a bonitate sũt remote. oms frigide complexionis sũt in primo gradu. sic. in secundo. Et sunt exiccatiui consumptiui superfluitatum putridarum preparatiui et coadunatiui ptiũ in quib9

accidit laxitas et mollificatio Tria sũt ĩ
eis ꝓpter que ĩ ipsis cadit rectificatio. fa
ciũt em̃ cadere in oppilatões et ꝓpꝛie pa
ratos. et qꝛ facile adherẽt villis stomachi
et partibus intestinoꝝ: et qꝛ dimittunt
coꝛrugationes in ipsis. et nos emendamꝰ
quod timetur de eo quod diximꝰ. pꝛimo
pꝛohibentes penitus exhibitionem eoꝛum
ipsis et omnibꝰ paratis cadere ĩ oppilati
ones. In nõ paratis miscẽda sũt ea cũ ip
sis que oppilationẽ fieri ꝓhibent. sicut ali
qua ex diureticis notis. et infusio eoꝛum
in aqua casei remouet hoc nocumentum
ab ipsis. & succus fumi terre facit similit̃
Et silr̃ absinthiũ. agaricꝰ. & reubarbarũ
& spica & similia. Et emendamus quod
potest peruenire ex eo qd̃ diximus in se-
cundo & tercio. miscendo cum eis que re
mouent ab ipsis adherẽtie intensionẽ: &
acquirunt eis lenitatem: sicut si fricentur
cum oleo amigdalarum dulciũ. aut cum
oleo rosarum. aut cum oleo violarũ. aut
sisammo. aut saltem conterantur cum eis
amigdale dulces. passule quoqꝫ & mel
eaꝝ lenificant eos. & ꝯfoꝛtant opationẽ
eoꝛum. & sunt pꝛopꝛie iuuatiui cum eis
similiter acq̃rit eis cassiafi. viole condite
tereniabin. tamarindi & similia. Quidaꝫ
dixerunt ꝙ non est bona permixtio eoꝛũ
cum medicina lubꝛificatiua & lenitiua:
quoniam operationes eoꝛum in idipsum
nõ ꝯcurrunt. & ego nõ video illud. imo
remouetur ab eis per ipsã adherentia &
coꝛrugatio. & acquiritur solutio facilis.
Et scito ꝙ decoctio acquirit eis vehemẽ
tioꝛem operationẽ q̃ꝫ sola infusio: & infu
sio minus facit eos esse oppilatiuos q̃ꝫ co
ctio. & assatio minoꝛat de solutõe faciẽs
ipsos cõstipantes plus. & adhuc magis
cõbustio. Et ꝯtriti quidẽ plus soluũt &
plus dimittũt vestigia ꝯstipationis ĩ vijs
infusi vero minus faciunt illa. & infusio
quidem eoꝛum competit quando solum
queritur solutio. Et eoꝛum contritoꝛum
exhibitio quando queritur cõstipationis
impꝛessio. & quanto magis conteruntur
melius celebꝛabitur illud. Et kebuli qui-
dem ꝯditi minoꝛis sunt solutõis: et maio
ris ꝯfoꝛtationis membꝛoꝝ nutricationis
& non ꝯditi faciunt contrarium. Modus
condiendi kebulos est ille: accipe ex eis
humidis si haberi possũt. vel humectatis
secundum artem qua humectari possũt
quantitatẽ quã volueris. & cũ stilo pun-
ge eos vndiqꝫ. & decoque eos in aqua cũ

facilitate vsqꝫ dũ sufficit: post hoc dimit
te eos per diem vnũ super tabulam: & ex
pꝛime aquam eoꝛum & submerge eos in
aqua mellis per dies duos. dimitte tũc &
coque eos lento igne: & postq̃ꝫ cocti fu
erint reconde in vase vitreo. & da post
vi. menses. Ars aũt auxiliat̃ in humectã-
do eos. infundant̃ in aq̃ plurima. & expo
nant̃ radijs solis p̱ dies. vuj. deinde acci-
pe vas magnũ sicut dolium vel saltẽ fiat
fouea in terra ĩ loco humido vbi int̃ mul
tam arenã humidã disiunctim sepeliãtur
sepe ac sepe aquam desuper infundendo
& innouãdo arenã de tercio in terciuꝫ di
em vsqꝫ dum tumescant & humectentur
hic erit modus humectationis eoꝛum.

Posse. Sera. Virtus citrinoꝛum est ꝙ
foꝛtificant oculos. & pꝛohibent cursum
humoꝛum ad ipsos. & conferunt sebel:
et confoꝛtant stomachum. et incoꝛiãt ip-
sum. et conferunt melancolie et cardiace
et clarificant coloꝛem. Virtus kebuloꝛuꝫ
est ꝙ conferunt ano et emoꝛoidibus et
incoꝛiant stomachũ. et confoꝛtant eum
et digerunt cibum. desiccant humiditatẽ
leniunt naturam. conferunt ventositati
emoꝛoidarum. et conferunt melancolicis
maxime quando cũ eis admiscent̃ species
coꝛroboꝛant sensum et memoꝛiam et cõ
ferunt lepꝛe. et colice. et conferunt emo
roidibus antiquis et sedant sodam. et
hydꝛopisim. et inducũt nauseã et vomitũ
Sed seni et indi vel nigri habẽt coꝛticem
subtilem nigruꝫ. et coꝛtex eoꝝ vergit ad
citrinitatem. qui quando condiuntur coꝛ
roboꝛant stomachum. et incoꝛiãt eum in
coꝛiatione pauca: et nõ est in eis iuuamẽ
tũ quantũ in kebulis. Io. Mes. Mira
bolani sũt ex rebus que faciũt vtentes se
iuuenescere. et adquirũt eis coloꝛẽ bonũ
et bonitatẽ odoꝛis oꝛis et sudoꝛis. et ge
nerant gaudiũ. et confoꝛtant coꝛ et epar
et stomachũ: et conferũt tremoꝛi coꝛdis
et mundificãt stomachum. et conferunt
emoꝛoidibus. et extinguũt inflamationeꝫ
coleꝛe. sed citrinoꝛum opatio in hoc est
pꝛecellens. ipsi enim solutione educunt
eã: et conferũt cõplexiones ca. habẽtibꝰ
et eoꝛum fricatio cum aqua agreste et cũ
aqua rosaꝝ: aut succo feniculi abstergit
oculum. Et aufert super caliditatẽ eius
et facto inde alcohol: stringit lacrimas:
et conuenit mollificationi oculoꝛum. et
conferunt terciane et febꝛibus colericis.
Et contrite cum mastice sanant vlcera:

& desiccant ea. kebuli quoq3 solutione
educunt flegma & addunt in ratione: &
clarificant visum & proprie conditi: & mū
dificāt stomachū & cōfortant ipsū: & cō=
ferunt hydropisi & fe. antiq̄s. Nigri aūt
vel indi solutione educunt melancoliā &
colerā adustā: & cōferunt melācolie et tre
mori. & clarificāt visū & colorē: & cōfe=
runt lepre & tristicie & quartane. Dosis
potio citrinorū tritorū est a. ʒ. ij. vsq3 ad
v. & infusorū a. ʒ. quinq3 ad. ʒ. xx. Et po=
tio kebulorū tritorū a. ʒ. iij. vsq3 ad. iiij. &
infusorū a. ʒ. viij. vsq3 ad. xx. & indorū est
sicut kebulorū. Bulcasim. eben. aben. aza
rin libro qui dicit̄ seruitor. Mod⁹ assādi
& calliandi mirabolanos oportet q̄ imbi
bat mirabolanos in aq̄ citoniorū. aut ī suc
co agreste. aut in acetositate citri. aut in
aqua vbi cocte sūt lentes. aut vbi coctū
est lapatiū acutū. deinde desicca eos bene
& madefac ī oleo rosarū vel oleo de lenti
sco. aut oleo masticino. aut cū butiro. aut
oleo oliue. deinde assa sup patellā ferreā
vel terreā quā cū primo calefecisti & ab
stulisti ab igne. caue ne adurat̄ & destru
atur virtus eorū. Similiter assant̄ semina
que administrant̄ in medicinis flux⁹. Et
mod⁹ assationis eorū est iste. Accipe pa=
tellā ferreā aut eneā aut terreā aut lebetē
cum lato orificio & calefac bene. deinde
aufer ab igne & statim superpone semia
dum ipsa est calida anteq̄ infrigidetur. &
cōmisce ea semp: donec videas assationē
eorum completam ad voluntatem tuam
Et si non fuerit completa vna vice. pone
iterum & fac vt prius. Et scias q̄ non
oportet omnia semina equaliter assare:
quia sunt quedam que habent multam vi
scositatem. que debent ampli⁹ assari sicut
psillium. & caue ne comburant̄.

Halieldras	.i. stafixagria.
Halimach	.i. pimpinella.
Halileg	.i. halilig.

Halibium .i. planta que vocatur alibiem
& est yringium.

Halsia	.i. abrotanū.
Haltich	.i. asa.

CCCXXIIII.

HAlzuz ara. grece fohotia vel co
dea. latine limacia vel maruecia
Codea ex ea est terrena et mari
na & sunt de genere obstracorū. Sera.
li. aggre. cap. halzum. id est. limacie. ex li
macijs quando teruntur cum cortice suo
est virtus exiccatiua exiccatione forti &
administratur in cura apostematū diffici
lis resolutionis q̄ fiunt in cruribus a con
quassatione vel ictu. & exiccant ea. Et
quando limacie aduruntur cum cortice
suo desiccant desiccatione forti. Et est in
eis calefactio propter adustionem. Et
quando accipiuntur ex earum cinere. iij.
ptes. & ex gallis viridibus due. & pipis
vna. & terunt̄ oīa. fit medicina conferens
vlceribus intestinorum et vesice: quando
sunt putrida iuuamēto maximo. Et opor
tet q̄ terat̄ hec medicina cōtritione forti
& puluerizetur super cibos eorum. Et de
tur ex ea similiter in potu cum vino &
aqua. & caro limaciarum et testarū earū
conuenit vlcerib⁹ et morsui canis rabidi
Et caro limaciarum agrestiū qn̄ teritur
in mortario fit medicina q̄ exiccat mēbra
omnia in quibus est humiditas multa: et
propter hanc causam cōuenit hydropisi
sed humiditas limaciarum quādo accipi
tur sola sine carnibus. et miscetur cū oli
bano aut mirra aut calce aut cum aliquo
istorū. aut cū omnibus et teruntur simul
donec incorporentur: et fiāt sicut mel: fit
hec medicīa tenax glutinosa que exiccat
apata muscillaginosa que sub aurib⁹ sūt
exiccatione forti. et exiccat et coercet hu
mores qui fluunt ad oculos quādo ponū
tur super tēpora. Modus aūt accipiēdi
aquā limaciarū est. q̄ quādo pforatur ca=
ro ipsarū cum stilo ferreo et sint limacie
recentes: accipitur nāq3 humiditas ab eis
et colligitur in vase: Dyas. cap. de lima
cijs Codee vl' limacie terrene sunt bone
stomacho. laxant ventrez. sed ille que sūt
in fluminibus sunt pinguiores illis que
adherent arborum paruarum ramis. que
dicuntur salmi vel salmuci siue salsitē. la=
xant ventrem et prouocant vomitum. Et
quando ipsarum teste comburuntur cale
faciunt et adurunt et abstergunt scabiez
et morfeam. et aduruntur limacie cum
carnibus suis sicut sunt. et fit inde cohol
abstergunt cicatricem cornee oculi: et cu
rant vlcera oculi. et valent contra empe
tiginem. et fit emplastrum ex eis crudis
sicut sunt super tumorem hydropicorum
et minuit tumorem. nec separentur de lo
co donec dimittant humiditatem eius. et
sedāt apostemata podagre. Et qn̄ fit em
plastruz cū eis extrahit infixa corpori et
fragmenta ossiū. et teruntur et fit nasca
le cū eis: et prouocat menstrua. et fit em
plastrum vulneribus. et proprie neruorū

cum eis pistatis cum carne sua. et maxīe addito thure et mirra mixtis adinuicem & conglutinat ea: et caro earum curat vl cera. & teritur & miscetur cum aceto & stringit sanguinē nariū. & elixanē carnes limaciarum recentium & comedūtur: & sedant dolorem stomachi. & terūtur sicut exeunt de testis suis. & bibuntur ex eis cū vino et oferunt colice & dolori vesice Et quando accipitur de viscositate que est super carnē agrestium cum sūmitate acus. & ponitur super piluꝫ palpebre eiꝰ cuius ortus non est rectus sicut decet conglutinat eum & rectificat decenter Possunt hec omnia limacie marie facere sed minorem habent virtutem.

Halubub	.i. mercurialis.
Halum	.i. anisum.
Halcuen	.i. cotula.
Halbubub	.i. mercurialis.
Halbubul	idem quod supra.
Hals	.i. spelta.
Hal	.i. acetum.
Hamam	.i. columbus.
Hamanoib	.i. rasa.
Hambar	.i. ambra.
Hameses. .i. lapis in quo acuitur ferrum.	
Hameacti	.i. ebulus.
Hameien	.i. amomum.

CCCXXV.

Musc? equiuocū est ad odoriferū. & ad lanugīnē q est in epa tica: q vestit lapides maris. Et vocat musc? maris. Vel lapides torrentis et est musc? aque qui facit labere pedes. Et similiter ē equiuocum ad lanuginē que vestit arbores Pro illo qui est lanugo le. malamusch & aynech. Et pro musco odorifero le. musc? Est alius muscus qui vocatur musc? regis: & est basilicon cum folijs paruis. p quo lege medion.

DLIX.

Mus. omibus est not? Auic. libro secūdo cap. d mure. Sanguis ei? eradicat verrucas. Et stercus ei? confert super alopitiam. & proprie linitū cū cepe. & pprie illud qd est adustum: Et exiccat & assat mus: & datur ad comedēdū infanti. & abscidit fluxū saliue ab ore eius. Et si bibat stercus muris cum thure & aqua mellis frāgit lapidē. Et si supponatur colliriū soluit ventrē pueri. Et quando coquit cū aqua & sedet in ea qui difficultatē patit vrine: conuenit ei Et quando mus scidit & ponit supra pūcturam scorpionis sanat ipam. Dyas. cap. sim? Sterc? muris tritum: & vmbilico ifantiū impositū ventrem exponit.
Mutagenat. i. cib? qui fit in aliquo vase cū lacte seminū omniū: & iure galline & vitellis ouorū cum zucharo: & speciebus factis ex cinamomo: spica: cubebis: calamo aromatico: & carui: & coquitur in igne: & apposita super vas testa calida
Mutagakil. est nomen regis.
Mutali quid est. lege alfachi.
Muthathalin. idem quod supra.
Muzagara. .i. sapor acetosus.
Muzadir. in libro alchimie sepe inuenit.

& apud Haly abbatem muzadius & almuzadi in capitulo debilitatis visus est sal armoniacus. Proprie apud arabes muscadem vocatur: a quo multi latini laxadran vocant corrupte.

Musum proprie dicitur cuius sapor est cōpositus ex dulci & acetoso.

Muziū. idem quod supra.

Naam. i. strutio auis.

Nabana. i. menta.

Naamar. idez qđ supra

Naeg. id est acorus.

Naegi. idem qđ supra.

Naesul. id ē abrotanū.

Nauchana. i. nachana.

Naurof alchefe. id est nasturcium.

Nausta Dyas. est cotula olearis que nausta dicitur: & est cos qua acies acuitur.

Nabale i. apis.

DLX.

Nabach. est fruct9 scđm Auic. arboris dicte asadar siue sadar. que apđ Dyas. vocat agrifoliū. verū apđ Sera. ē aliud nabach. scz cortex arboris que a Dyas. vocat nascatimon. Et dicit Sera. cap. nabach. ꝙ affertur de india: & ē i colore similis croco: & sunt sicut cortices mori boni odoris: & habet virtutem calefacientē. Fiūt cum eo suffumigatōes: & ponitur in cōfectionibus vnguentoꝝ & in alijs cōfectionibus calefactorijs: & habet virtutem calami aromatici. Et idem aut. Gal. Est calida in tercio: & est ex specieb9 indie. Et quādo fit suffumigatio cū eo valet corruptioni matricis: & confert suffocationi eius qn̄ est siccum. In tacuino scribitur ꝙ nabach compat nespilis & zaror qđ est magis odoriferuȝ nespilis. & ita similitudo est i virtute qm̄ fructus agrifolij est stipticus confortans stomachū. & sīliter compant nespila & zaror.

Nabati est regio. Vnde qn̄ repitur in aliqua medicina: intelligendū est de oriētali a nabathea regione oriētis q̄ iacet iter iudeā & arabiā. Nabathei sunt qui sunt ex arabia cum terminis syrie. Ouidius i libro methamor: Eurus ad aurorā nabatheiaqȝ regna recessit.

Nabat arabice. est dictum planta.

Nabati. est qđ fit in septētrionali pte.

Nabet. i. candi.

Nabeti. idem quod supra.

Nabes. i. acorus.

Nabit. i. pot9 qđ ā q̄ fit ex dactilis & ficub9 siccis coctis i aqua vl' quocūqȝ fructu dulci.

DLXI.

Nachana ara. gre. & latie ameos. Sera. li. aggre. cap. nachana: siue nanochach au. Dyas. quidaȝ noīant ipm pomū antomacion. i. cimīnū ethiopiū. Veꝝ natura cimmi ethiopij ē alia a natura ameos: & ē notū. Est nāqȝ semē fere sīle cimino ethiopio. nisi qa est min9 eo mltū: & albi9: & duri9. & i suo sapore ē de sīlitudie saporis origani. Et illud qđ est eligendū ex eo ē illđ qđ ē recens & mundū. Et idem au. Gal. Magis iuuatiuū qđ est ex eo est semē ei9. & i sapore eius ē amaritudo pauca & acuitas: Et virtus eius est q̄ calefacit & siccat in tercio gradu. Et idem au. Aben mesuay. Dixit ꝙ pvocat vrinā. & semen est bonum fe. antiqs Et quādo eius decoctio ponit supra puncturā scorpionis aufert dolorē. & est bonū frigiditati stomachi & epatis: & aufert oppilatōem: & sedat nauseā: & desiccat humiditates stomachi & est bonū huīditati que ē in pectore: et mundificat vias renū: & vesice: & extrahit lapidē ex eis postꝗ fuerit factus. Et qn̄ fit linimentū cū eo abstergit morfeaȝ & baras & maxime cum medicinis que sunt ad hoc.

Nachama. i. menta.

Nacham. quoddā animal est.

DLXII.

Nakala arabice. latine palma. Sera. libro aggre. capitulo Nackala siue nachla. diuidit diuisionibus multis. Nam sunt rami ei9 & succus ramorum ipsorum: & cissiliones eius: & summitates ipsius sine cacumine: & cortex cacuminis eius. & est kafri. & recens ex eo imaturū quod est sic agresta vue: est balach. Idem aut. Gal. Substantia succi ramorum & cissilionuȝ & summitatis est composita ex substātia aquosa tepida & terrea frigida. sed corticis summitatis substantia est in seipsa siccior: & non est in eo humiditas aliq̄: Et sapor totius arboris est stipticus. virtus ei9 ē desiccatiua: & cōfert vlceribus putridis: & stringit iuncturas: & ↄfert corruptioni corporis & oris stomachi applicata exterius. aut in potu sumpta. sed secdum actimas. id est. nucle9 siue os dactili. quādoqȝ cōburitur in olla sic alie medicine: & cū extractus fuerit ab igne

extinguitᷣ in vino: & postea abluitur & ponitᷣ loco tucie in collirijs que ponunt̄ in oculo· & si non comburunt̄ prima vi-ce comburātur iterum· Et virtus eorum est stiptica conglutinatiua· quādo miscet̄ cum lardo conuenit vlceribus que fiunt ī oculo & exitui oculi: & casui palpebrarum: & incarnat vlcera· Et idem auto· Aben mesuay. Virtus cifilionum est frigida in fine primi gradus· & sic· ī medio eiusdem Confert acuitati sāguinis & colere: & stringit ventrē: & nutrit nutrimē-to pauco: & curat dolorem stomachi Et idem aut· Rasis Cifilio sedat fluxum sanguinis: & tarde descendit a stomachi fū-do: & ad eius desceusum iuuat zinziber conditum: & facit ea que facit kafri·i· sū-mitas ramoꝝ palme vel cortex sūmitatū eoꝝ· Gal· viij sim·phar.cap· finix arbor: & ē palma· Finix arbor·i·palma sti-ptica ꝑticipat virtute in oībus eius ꝑtibus· Ramoꝝ igitur succꝰ austerꝰ ē ex aquosa substantia tepida & terrestri fii· consistēs· similiter aūt huiꝰ nature ē & vocatur cenogefalos·i·cefalionus esibilˀ existens· fructus vero eiꝰ & maxīe dulcis: non pauca ꝑticipat caliditate: esibilˀ aūt existens: ad multū ꝓuenit vsum. non solum extrinsecꝰ appositꝰ vbi confortare quid: & siccare: & congregare: & densare: & cōstringere indigemꝰ· sed etiā assumptus vt cibus simul cū alijs & ipse ꝑ se· Qđ vō vocatᷣ alacer germē existēs molle palme eandē cuȝ cenogefalo habȝ virtutem. qđ vero est velut rectia eius stipticam virtutē possidet· siccat aūt plꝰ ꝓdictis ceu et consistentia substantie siccius eis existens: & minime participās huī-ditate· Vnde multi in putridīalibus vlceribus eo vtuntur: & in farmacijs colligētibus laxis articuloꝝ & epaticis: & stomaticis virtutibus extrinsecus· Est autē radix huius plante siccatiue ī mordaciter virtutis. habens quid & ipa stipticitatis Rabi moyses cap· de palma· Cor palme auget spma: & iuuat ad coitū Auerois ī suo colliget Oīes ꝑtes dactili stipticitatē habēt manifestā· sed fructꝰ eiꝰ cum est maturꝰ aliquā habet stipticitatem· Cortices vero arboris ꝓdicte maiorem habent stipticitatē aliquibus ꝑtibus ipsius. ꝓ fructu huiꝰ lege ꝑ potab·

Nacue· .i·menta·
Nachue· idem quod supra
Nachueansi· .i·vsnee·

Nadus· .i·sisimbrium·
Nadus bothormarien·i·ciclamen·
Naduso· .i·alumen.
Nafara· .i·ignis grecus·
Naffara· .i·napta·
Nafra· idem quod supra
Nagaril· .i·nux mdica·
Nagasmon· .i·peonia·
Nagasur· .i·altea·
Nakeal· .i·almea·
Nakeali· idem quod supra·
Nakre· .i·cornicula·
Nalas· .i·anthimonium
Nalasi· idem quod supra
Nalbas· .i·es vstum·

DLXIII·

NAlion: vel halion ara· grece & latine sparagus: vel asparagus Sera·li· aggre·cap· Nalion aut· Gal· Virtus eiꝰ prima est q̄ desiccat sed non habet frigiditatē neqȝ caliditatē & abstergit & aperit oppilationē epatis & renū· & ꝓprie semen & radix· & curat dolorem dentium: quia siccat sine calefactione & infrigidatione· Et idem aut· Dyas· Quando elixatur vna ebullitione & comeditᷣ mollit vētrē: & prouocat vrinam· Et quādo coquitᷣ radix eiꝰ & bibitᷣ decoctio ipsiꝰ cōfert stranguirie & yctericie & sciatice· Et quando coquitᷣ in vino confert decoctio eius morsui rutele· Et quādo ex decoctione eiꝰ fit collutio oris: confert dolori dentiū. Et semē eius qn̄ bibitᷣ facit opatōes radicis· Et dicitᷣ ꝙ elixatura eiꝰ occidit canes. Et dicūt aliqui ꝙ qn̄ cornua arietū sepeliuntᷣ in terra nascuntᷣ inde spagi· Et idem aut· Abē mesuay. Proprietas eiꝰ est remouere dolorem lumboꝝ qui fit a flegmate & ventositate: & dolorem colice: quia mollit vētrem. & si homo vtitᷣ eo multum facit nauseaȝ· Gal· secūdo de cibis cap· de asparago ait ꝙ sunt diuretici modicum habētes nutrimenti: & nō bene digeruntur· Et idem vj·sim·phar· cap· asparagꝰ Est abstersiue virtutis non tamē calefacit manifeste neqȝ infrigidat· Et ideo tā renū ꝙ epatis deoppilatiuꝰ ē· & magis radices & semīa ꝙ herba· qui etiā sanat dolorē dentiū· qm̄ sine calefactōne desiccat: quorum egent maxime dentes·

Nana· .i·menta·
Nanasmon· .i·colofonia
Nanasar· .i·abrotanum·
Nanegi· .i·colofonia·

anen· id est·cimbalaria·
Nanem· idem quod supra·
Napazur· id est·sisimbrium·
Napta·i·petroliū qd̄ vocat̃ sterc⁹ dmōis
Napeos·i·sinapus vel semen eius·

DLXIIII·

Napellus est herba que facta est sicut elleborus niger·cui⁹ radix est ordinata ad modum thetis: est anthonomatice herba venenosa: & ē prima pars aconiti· Auic·libro secundo cap·de napello·Napellus est herba q̄ est venenū perniciosum: & est in summo caliditatis & siccitatis·delet albaras linitum: & cōfert lepre·Vnde est venenū destruens bibentem se·Maior vero ipi⁹ potio est medietas·ʒ·vnius: & hec interficit & similiter minus·Et ex eo coturnices cibantur & non moriunt̃·Ex omib⁹ confectionib⁹ dyamuscus ei resistit Et ē ali⁹ q̄ vocat̃ napellus moysis·Et vult dicere napellus mus·& est quoddam aīal quod assimilatur muri: quod moratur in radice napelli nascens cum napello·& q̄ cum eo appropinquat non crescit arbor & est tyriaca napelli: & est maior eo·& ī eo sunt omnia iuuamenta q̄ sūt ī napello
Napeum· ·i·napo·
Napia: ·i·napo vel napus·
Napti· idem quod supra·
Napo· id est·napus·
Napon· idem quod supra·
Naponti· idem quod supra·
Napus vel napias caulis est quedā species rape·vt apparet si leges dелien·
Naragil·id est·nux indica magna·
Nargil· idem quod supra·
Narcha piscis est teste Alexandro stupo rifice nature·qui mediante lino vel calamo reddit manum piscatoris insensibilē Inde narcoticum omne stupefactiuum·
Nare vngenebin·id est·genus bdellij
Narchesis· id est·stupor·
Narfestica quid est·lege l·malamusch·
Narion· id est·vsnee·
Narbisos· id est·narciscus·
Narciscus quid est·lege l·basal altic·
Nardileon·id est·oleum de spica nardi·
Nardinum· idem quod supra·
Narti· ·i·torpedo·
Naron ·i·auena·
Narchontica ·i·stupefacientia·
Narkodes excaseos·i·stupidus·
Narkō ē piscis stupefaciēs: & ē torpedo
Narchosi ·i·stupor·

Naru ·i·apium·
Nardus scachium vel scachios vel nardus indica est spica indica que vocatur spica nardi·Nardus similiter quādo simpliciter ponit̃ spica idica vł spica nardi intelligitur·pro qua lege simibel·
Nardus celtica quid est·lege quod supra
Nardus romana quid est·lege qd̄ supra·
Nardus agrestis ·i·asarum·
Nardus cretica ·i·saliunca·
Nardus rusticus ·i·asarum·
Nar ·i·ignis·
Nasarum ·i·asarum·
Nasale ·i·miectorium nasi·
Nasabor·i·lutum comedendum·

DLXV·

Nastatimon hec vocauit·Serapion·nabach· Dyas·Est quidam cortex indicus odoris boni: & est similis lanule siue corticibus·Est eni viscide calefaciens: miscetur deniq̨ thimiamatibus & i antidotis·& acopis mittitur ex calefactorijs·Quapropter medetur similiter vt calamus aromatic⁹: & vaporationi supponitur tarda strictura matricis laborantibus·
Nasca est fungus arboris: & accipit denominatiōem ab arbore in qua oritur: vt nasca nucis: vel nasca pomi·& cetera·
Nascale·est quod matrici imponitur simile supposito rio·pessarum vero simile cristeri: quāuis pro nascali pessarium in libris antiquis sepe inueniatur·
Nasir ·i·rubeus·
Nasiri· idem quod supra·
Nasup ·i·polium montanuʒ
Naufirdus·est quidā morbus qui oritur infantibus: quo difficulter & cum sonitu per nares inspirāt & respirant·
Nasor·est species cinamomi·
Nasorep ·i·cimbalaria·
Nasur ·i·abrotanum·
Nasturcium quid est·lege cardamus·
Nasturcium textorū quid ē·le·qd̄ supra·
Nasturciū orietale qd̄ est·lege qd̄ supra
Nasturciū siluestre quid ē·le·leuisticum·
Nasturciū aq̄ticū qd̄ est·le·quod supra·
Nasturciū babilonicū·i·nasturciū aq̄ticū

DLXVI·

Natarab arabice·latine scorpio· Sera·Est animal venenosuʒ omibus notum· Posse·Sera·libro aggre·capitulo natarab aut·gal· Scorpio quādo teritur & ponitur sup locum morsure ipsius confert·& silr

confert qñ assat̃ & comedit̃: & ofert etiã fcõm q dixim⁹ morsui vipere: et confert cinis eius cõbusti lapidi renuz & vesice.
Almansor tractatu. viij. cap. de his q̃ fugant venenosa. Si suffumigetur dom⁹ ex scorpione omnes alij fugient: similiter si fumigetur dom⁹ sulfure & vngula asi ni & galbano fugabunt̃ scorpiões. Oleũ eñi in foraminib⁹ eoꝝ si fusũ fuerit: non inde vlteri⁹ exibunt imo fugient. Et ideo de punctura scorpionũ ẽ bibere pondus vnius aurei cũ aq̃ aut vino ex radicibus coloqntide siccis: aut vni⁹ aurei pond⁹ ex medicamine de asa cũ vna. ʒ. vini: & locũ qui ẽ supra puncturã stringẽ: & ex oleo õ ben & aq̃ ca. embrocare: et sãbaci no ĩ quo castoreũ & euforbiuz cõfricata fuerit iungere atq3 cũ eo locũ fortissime fricare: Tyriaca q̃ valõ pficit. Recipe ra dicũ capparis absinthij nabati aristologie gẽtiane ana eq̃liter: cfice cũ melle. Dosis huius in potu. ʒ. iij. Itẽ cõfert tyriaca dia tesseron vel vinũ vetus: & allia ei ad co mendũ tribue atq3 ex eis loco emplastri superpone: locũ quoq3 assidue cum igne calefaciat. si aũt febris superueniat seq̃ ti die ffoma & aq̃3 ordei ei tribue: & cu stodi ne acutã egritudinẽ incurrat: omẽs preterea abstineãt ab apij comestiõe vbi scorpionũ multitudo fuit. Dyas. cap. de scorpione. Scorpio montanus quãdo teritur crud⁹: & ponitur sup puncturã suã curat. Assatur & comeditur & facit hoc: sed scorpiones marini qñ comedunt̃ & bibitur ius eoꝝ laxat colerã: et ofcrũt aque descendẽti ad oculũ: & obscuritati visus. Aui. li. ij. ca. de scorpiõe. Oleũ scorpionũ cõfert doloribus auriũ valde

Natanacha ·i· menta·
Nathanacha quid ẽ lege dicanacha·
Natra ·i· posterior pars oculi.
Natis ẽ cfectio q̃cũq3 fca ad formã nucis
Natisi idem quod supra·
Natisen idem quod supra·
Nationigi id est· colofonia·
Nathis id est· ferula·
Nathicos idem quod supra·
Natris. i. hyrcina. Plini⁹. Natris herbac̃ cuius foliũ euulsum hyrci virus redolet
Natan id est· vitrum.
Natron idem quod supra·
Natrodisia id est· rubus·
Nealis id est· amomum·
Neulisac idem quod supra·
Neufares id est· antimonium·
Neuron id est· neruus·
Neubatis id est· ferula siluatica·
Neufasor id est. arthemisia·
Neufasori idem quod supra·
Nebefer id est. ypoquistidos·
Nebeter id est· yrcina·
Nebeflach id est· pimpinella·
Nebid id est· vitrum·
Nebidh idem quod supra·
Nebidi idem quod supra·
Necara id est· amomum·
Nectar. id. ẽ. claretũ de vinno melle vel zucaro & speciebus·
Nectarium id est· abrotanum·
Necerton ·i· folium·
Necrenisie id est semen peonie·
Necresis est genus mortificatiuũ alicui⁹ partis membri·
Neda In regali dispositõe hali ẽ cfectio quedam aromatica ad fumigandum que consueuit deferri ad nos trocisata in for ma quadrangulata oblonga·
Nedidus id est· neticus·
Nediran ·i· auricula muris·
Nediram· idem quod supra·
Nefelin ẽ morbus phibẽs ortũ capilloꝝ
Nefelon est quoddam vlcus oculi·
Nefolom idem quod supra·
Nefre id est· thit.
Nefili id est· nubis·
Nefele id est· nubes·
Nefresis id est· passio renum·
Nefri id est· renes·
Nefosar id est· peonia·
Nefro carthar ·i· renibus apta cõfectio
Nefro id est· renes·
Negataf id est· siluestris·
Negrataf idem quod supra·
Negratafi idem quod supra·
Negen & chela id est· gramen·
Negefar id est· opium·
Negebroch id est· cimbalaria·
Negil id est· gramen·
Negili idem quod supra·
Negisar id est· ypoquistidos·
Nema interpretatur comestio· & est gra uius vicium q corrosio·
Nemana ara· exposuit translator Aui· q est sisimbrium· & in hoc etia3 errauit Cõ stantinus· Veritas autem est q ipsum ẽ serpillum. Vnde cap. de neman Auic̃· cũ cap. de serpillo apud Dyas. idem dicunt q etiam p Sera. apparet: & per Steffanũ etiã in sinonimis nemanum ·i· serpillum· Item alibi de serpillo: serpillũ ·i· nemanũ·

Nemana idem quod supra.
Nemamema idem quod supra.
Nemen .i.sisimbrium.
Nemanu .i.zinziber.
Nemebrese .i.sorbilia.
Nembesa idem quod supra.
Nemertin .i.vulpicula.
Nemeiretim idem quod supra.
Nemeri .i.zinziber.
Nemita .i.ameg.
Nemica. idem quod supra.
Nemis .i.lenticula.
Nemicha .i.ameos:
Nemiche idem quod supra.

.DLXVII.

Nenufar latine. ara. silofar. grece nimphea Sciendũ ꝙ nenufar est duplicis generis vnum aquaticũ aliud terrenũ. aquaticum est nenufar vel nimphea aquatica: vel cacabus veneris: vel papauer palustre: vel alga palustris habens flores albos similes lilio habẽtes in medio velut crocum. terrena est q̃ vocatur vngula caballina faciẽs flores croceos: vel tussilago vel cameleucen. grece & arabice vocat̃ phatanũ vel farfugiuȝ nascit̃ iuxta fluuiũ Sera. li. aggre. ca. Silofar .i. nenufar est planta que nascit̃ in paludibus nõ currentibus: habȝ folia similia folijs plante que dicitur pmozin: nisi quia sunt minora eis: & longa paruȝ cuius quedam partes apparent sub aqua & quedam super aquam: & in omnibus sunt folia multa: & habet ramos in vna radice egredientes: & habet flores albos similes lilio cum palliditate pauca habẽs in medio velut crocum: & quando producunt flores ei⁹ apparent capita similia malis aut capitib⁹ papaueris nigri: i qb⁹ semen est nigrum amarũ viscosum: & habet stipitem lenem non grossum nigrum similem stipiti herbe que dicitur pmozin & habet radiceȝ magnã albam vel asperã habentem nodos: & aliqua ex eis habet radicem nigram. Et idem autoritate. Galieni. Virtus huius radicis & seminis huius plante est virt⁹ que desiccat sine mordicatione: & stringit ventrem: flos eius est fri. & hu. Et ideȝ autoritate Albasari est fri. in. ij. hu. in tercio. Dyas. capl'o de nenufare. Nenufar. id est. nimphea: & nascitur i aquis stantib⁹ vel locis cultis et aquosis: folia habens similia cicorio sȝ minora & oblonga. altum super aquam proferens caput: multa capita in aqua habens ex vna radice: flos est illi albus similis lilio cũ pauco pallore: semẽ habẽs in medio croceũ: sed cum floruerit caput rotundum efficitur sicut mala matiana: aut capita miconij nigri in quo semen inuenitur latũ & spissũ in gustu argillosuȝ hasta eius lenis non grossa & nigra simil' cicorio. radix ẽ illi nigra & aspera et nodosa que in autumno siccat̃. Possed. Sera. autoritate Galieni. Radix eius & semen stringunt ventrẽ. & idem autori. Albasari. Flos eius aufert vigilias eueni entes a caliditate. Et idẽ autoritate rasis Inducit somnũ. est fri. & sedat dolorẽ & oleũ ei⁹ ẽ fortius oleo violato. Dyas. Radix ei⁹ sicca bibita cũ vino ciliacis medet̃: splenẽ siccat cataplasmatib⁹ adhibita: & i stomacho posita dolorẽ cõpescit bibita vesice dolorẽ mitigat maculas corporis detergit. Alopitias emendat pice addita omnia similiter facere põt. multũ i somnis videntib⁹ bibita ꝓdest. tumorẽ testium tollit: semen eius assidue bibituȝ id facẽ nouit: potui data atqȝ illinita corporibus similit̃ habet virtutes. Itẽ radix eius et semen virtutẽ habet desiccatiuã sine mordicatione. & ideo reuma vetris reprimit. semen vero eius potui datum reprimit seminis fluxũ si plus a rõe fluat que aũt albã radiceȝ habȝ fortior ẽ ỽtute et bibitur cũ vino nigro. nã stiptice ptĩcipat & aliquid ꝑiectorie virtutis: ita vt aluũ sanȝ ĩfusa: & alopitiã cũ pice liqda curat. Aui. de virib⁹ cordis ait ꝙ confortat cor Gal'. vj. sim. phar. ca. de tussilagĩe Bilbiũ siue tussilago: & ẽ vngula caballina vel nenufar terrenũ vl' farfana nominat̃ aũt tussilago eo ꝙ tussib⁹ & orthonoicis cõferens credit̃: si quis sumẽs folia sicca: vl' radicẽ sup prunas fumigãs inspiret consurgentem fumum. Est autẽ mediocrit̃ acre: q̃re & rumpe sine dolore credit̃ vniuersa apãta q̃ i torace. viridia vero folia & flores flegmonem patiẽtia mẽbra cũ difficultate digestionis exteri⁹ catapl'ata iuuãt ꝓpter amissionẽ aquose hũiditatis: cui⁹ omĩa viridia & tenera. hec quidẽ magis: illa vero min⁹ ptĩcipãt sicca vero folia lilij acrioris sũt virtutis vt cõpetant flonem patientib⁹ Auic. li. ij. cap de nenufare. Syrupus eius lenit ventrem: & cõfert fe. estatis: & est vehementis extinctionis.

Nenuchia .i.ameos.
Nenucha idem quod supra.

Nenuca idem quod supra·
Nenuche idem quod supra·
Nenrus ·i·coctus·
Nepita ·i·calamentū·
Nepitdefendenis idem quod supra·
Nepit idem quod supra·

·DLXVIII·

Neregil ara·latine nux indica: & ē nux magna Sera·li· aggre·ca· neregil· Et est palma insule que est ī mari arni: & in ptibus īsularū zing Et dicitur ꝙ neregil ē palma de mochol & iste insule nominant̄ dabget: & ab eis deferunē dabig: & ē neregil· Vltima vo istarū insulaꝝ ē sarandib azaran· Et ideꝫ auto: Gal'·i li·de cibis· Nux indica ē ca· in·ij ·gradu·hu·i primo· Et idē Sera· Signū hūiditatis ei⁹ est ꝙ cito corrumpit̄: & ipsa ē grosse & grauis substātie: nisi qꝛ ipa nō est mali chimi: opoꝛtꝫ ꝙ caueat̄ ab ea que non est recens: & bona que est multe albedinis ī carne sua: & in qua est aq̄ dulcis bona: et illa aqua q̄ ē intra ipaꝫ est signū sue recentie: & debet excoriari illud qđ ē albū ex ea existēs exterius: qꝛ iste coꝛtex est dur⁹ grauis stomacho longinquus a digestiōe: et si aliunde digerit̄ non inuenit corpus in eo aliud: nisi nutrimentum modicum: & ipsa quideꝫ nux comeditur cum zucaro tabarzet: aut cuꝫ penidijs albis: & pꝛopꝛie ab eis qui sunt calefacti·flegmatici vero cum pauco melle & colerici nō otantur ea: & sumant eam flegmatici ī ieiuīo: & expectēt donec descendat a stōacho: & p⁹ comedāt: & qñ ipa veterascit expellit ascarides sua pꝛiuetate: & oleū eius vetustū cōfert ventositatib⁹ lūboꝛū & doloꝛibus genuum: & emoꝛoidib⁹ que fiūt a flegmate qñ bibit̄ & qñ linit̄ exterius maxīe admiscetur cū oleo nucleoꝝ psicoꝛuꝫ qñ administratur de vnoquoqꝫ illoꝝ·ꝫ·i·aut aure⁹·i· Oleū vero eius que noua est cōfert flegmaticis & ē melioꝛis chimi ꝙ butirū vaccinū vel ouinū: quia nō pungit stomachum: sicut facit butirum vaccinum vel ouinum nec mollificat eum· Oleum vero eius cōfert vesice Io·mes·tractatu de oleis· Oleū eius confert doloꝛi neruoꝛuꝫ: & lenit pectus & pulmonem: clarificat vocē & impinguat: & addit in spermate Auicē· li·ij·cap·de nuce indica·dicit ꝙ augmentat coitū: & cum antiquat̄ comesta ascarides: & vermes necat.

Nere·id ē·arboꝛ cerasi silvestris; de cui⁹ coꝛtice sophisticat̄ cassialignea lege·mahaleb·
Nereon ·i·affodillus·
Neremisk ·i·semen rose asini·
Neresmich·i·rosa asini: flos eius & coꝛtices similantur maci: sed minus rubeus & est aromaticus declinās ad caliditateꝫ & habet parū ponticitatis: et aꝑpinquāt in virtute neriden Auicenna·
Neresmik idem quod supra·
Neremusca idem quod supra·
Nersesem ·i·virga pastoꝛis·
Neriden·i·spica romana vel celtica·
Neriden oꝛtensis idem quod supra·

·DLXIX·

Nerion gre·aut neredendꝛon: aut rododafnes·ara· adelpha: latine oleander vel landꝛū Dyas·ca· Nereon frutex est oībus nota: folia habꝫ similia amigdalis: sꝫ maioꝛa & pinguioꝛa & floꝛem rodo similē: semē etiā pariens sic coꝛnu veluti lanā deint⁹ habēs similē iacincto· Radix ē illi oblōga & angusta gustu salsa: nascitur locis aquosis & maritimis· Auic·li·ij·cap·de oleandꝛo· Oleander alia ē silvestris et alia est fluuialis·silvestris vo habꝫ folia poꝛtulace silia sed sunt strictioꝛa: & eius tirsi sunt lōgi expansi sup terrā: & apud folia sūt spine & nascitur in desertis domib⁹: fluuialis autem oꝛitur in ripis fluuioꝝ cuius tirsi a terra eleuant̄: & spine eius sunt occulte & folia eius sunt sic folia salicis: & folia amigdali: & ē sapoꝛis valde amari: supioꝛ cutis eius: & flos eius ē sicut rosa rubea bonus valde: & super ipsum egreditur quoddam simile pilis: & eius fruct⁹ est durus plenus asper: & itus est res sicut lana: ē ca·i·iij·sic·in ij· Possed· Dyas· Virt⁹ est illi moꝛtifera·nam comesta ab animalibus moꝛtem infert: sed homini remedium est salutis: maxime cum vino & ruta bibita moꝛsibus venenatis occurrit pecoꝛa minuta si odoꝛe eius tacta fuerit moꝛiuntur· Auicenna Interficit pulices & vermes terrenos: succus folioꝛum eius valet scabiei: & excoꝛiatōi: & cōfert doloꝛi doꝛsi antiquo moꝛe emplastri: & flos ei⁹ facit sternutatiōnē: & ē venenuꝫ hominibus & bestijs·verum confert cū bibitur cum vino decocto cum ruta & potatur: & liberat a venenis vermium venenosoꝛum· Ego tamē dico ꝙ hoc est timoꝛosum: & ipsa: & eius flos ē venenū hominibus & bestijs & canibus· Verum

tamen confert quādo bibitur cum vino decocto cum ruta secundum ꝙ dicitur.

Gali. viij. sim. phar. ca. Rododafnes. i. landrum vel nerion nota ē oibus frutex: cataplasmata diaforetice virtutis ē: intra corpus vero sūpta pniciosa est nō solum hominibus sed pluribus bestiarū: secūdū cōplexionē tercij est grad9 calefacientiū incipientis: primi vero siccantiū.

Nermis ·i. rosa canina.
Neroscus id est bellum.
Nerosarch idem quod supra.
Nerodendron id est nerion.
Nesa id est amidum.
Nessa idem quod supra.
Nesar id est filipendula.
Neserim id est rosa silvestris.
Nesen id est arbor tremula.
Nesesor id est amilum.
Nessescertigi idem.
Nessen idem.
Nessefregum idem quod supra.
Nesseseugi idem.
Neseon id est centaurea maior.
Nesim id est rosa seni.
Nesirem idē quod supra.
Nespillum: debet dicere mespillum: pro quo lege zaror.
Nesrim albam id est nesim.
Nethalim id est epithimum.
Nethalimi idem quod supra.
Netabron id est mandragora.
Netiuca id est ameg.
Neticus. i. apa ex gñe apatū accidentium in carnibus mollibus: & ꝓprie in glandulosis locis: & nominat̄ nascentia cutis.
Nezemus id est maiorana.
Nezemusi idem quod supra.
Nezezaroe id est zaror.
Niata id est aqua.
Niati idem quod supra.
Niafor id est bdellium.
Nicabrius. id est passio qua patiēs ī die non videt sed in nocte.
Nictabri idem quod supra
Nice id est amidum.
Niche idem quod supra.
Nicte idem quod supra.
Nicteris id est vespertilio
Niciflos id est vectonica.
Nicties id est nix.
Nichim id est laudius.
Nictilopa. id est, vt euanescat visus ī nocte: & videat in die: & debilitetur ī fine diei scȝ post solis occasum.
Nidens id est viridis.
Nidesim id est almea.
Nidesim idem quod supra.
Nidius id est landrum.
Nidisaf id est mellilotum.
Nidisso idem quod supra.
Nidus yrundinū notū est: pro quo legi
Nidularum id est asarum.
Nidrus id est landrum.
Nigado id est paritaria.
Nigrado idem quod supra.
Nigrato idem quod supra.
Nigra vena. i. vena media: q̄ matrix dicit̄
Nigen id est radix coralli.
Nigeni idem quod supra.
Nigella quid est lege caruum.
Nigith id est indicus.
Nigit idem quod supra.
Nigri est nomen cuiusdam serpentis.
Nigumer id est siseleos.
Nigrumgeron ·i. album sicut vitrum.
Nigrūgeromi idem quod supra.
Nileos est q̄dā radix q̄ multū assimilat̄ gelange: cuius plantā ab autoribus non inueni figuratā: sed est species iunci.
Nileus. i. oleū mellinū cū vini tercia pte.

DLXX.

Nileg arabice: gre. nesme vl' chaer vel aolen: latine indic9 Sera. li. aggre. ca. nileg auto. dyas Est de ipo domestic9 & siluestris. Et domesticus est ille quo tinctores vtunt̄: cuius foliū est simile folio plantaginis: nisi qꝛ ē magis viscosū & fortioris nigredinis: & habet stipitē longitudīs brachij vni9. Sȝ agrestis assimilat̄ domestico: nisi qꝛ foliū eius ē maius sīl'e folio lactuce: & habȝ ramulos longos plures graciles cū multis ramusculis: quoꝝ color tēdit ad rubedinē: & in sūmitatib9 ramoꝝ sūt vaginule multe similes linguis: & est in eis semen: & habet florem paruū subtilem. Et idem auto. Gal'. Domestic9 est ille quo vtunt̄ tinctores: sapor eius est amarus: stiptic9 & virtus eius est que desiccat fortiter sine acumine. Et idem auto Aloesme. Est arbustum pulueruientū eleuaturqȝ cum stipite suo longitudine vnius brachij: & habet germina ramoꝝ. In summitate sua ē flos sicut flos coriandri: & siccatur & teritur: & ponitur cum alkanna. Dicunt quidā ꝙ adhlem est arbor nil. & chatis: & nesme sunt idem. Et idē auto. Ysaac. Benarā Alchat & nesme sūt idem. & est halhac: & est planta habens foliū longū

plusq̄ folium salicis: & assimilatur folio
faseoli coloris quasi aurei: sed maius est:
& ē ca: & sic· & stipticū Posse Sera.
auto· Gali· Virt⁹ eius incarnat & resol-
uit & cōglutinat vlcera q̄ sūt in corpib⁹
duris: etiā si fuerint ī capitib⁹ musculoꝝ
& abscindit fluxū sanguinis· & dissoluit
& minuit apata mollia: & ꝯfert vlcerib⁹
putridis & corrosiuis· Idem auto· Dyas.
Emplastrū cū folijs eius cōfert apatibus
& vlceribus. Nam in principio ipsorum
cōglutinat ea sua caliditate: & abscindit
fluxum sanguinis: & curat formicam &
herisipilā: & agrestis fortioris ē vtutis
& cōfert spleneticis quando bibit̄: & fit
emplastrū cū eo: & iuuat plusq̄ primus·
Nileos id est· indicum·
Nylon dyarodon· i· rosa viridis purgata
Nilofar id est; nenufar·
Nil· i· indicū: & est succus plante similis
volubili: cuius semē intra laxatiua ponit̄
Nima herba ē scdm plinium tribus folijs
longis intubaceis· id ē· similibus intubo·
Nime id est. vsnee·
Nimfea· id ē· nenufar· Ego vidi ī stagnis
ipm dupliciflore albo scz croceo seu citri
no: quē luteum vocat Plinius· & ipsa ē
magis odorifera q̄ alba·
Nimiccula quid est lege zados·
Nimisi id est· mustela·
Nimisisi idem quod supra·
Nimison vel monson apud dyas· ē silex·
Nimisar id est· cimbalaria·
Nipisal id est· aspaltum·
Nipisali idem quod supra·
Nipis id est· arbor sorde·
Nisapo · i· lutum comedendū·
Nisa id est· miseos·
Nisar idem quod supra·
Nisu id est miseos·
Nisulf id est· almea.
Nisur idem quod supra·
Nitiflos id est· flos aneti·
Nitisulfir id est· acatia·
Nitre id est· folium·
Nithosechis id est· venter meruli·
Nithosethis idem quod supra·
Nitroflos id est· afronitrum·
Nitusal id est arsenicum·
Nitu id est· bedeguar.
Nitrum quid est lege baurach·
Nisa id est· sebesten·
Nixar id est· cerasum matiarū·
Nix est aqua ꝯgelata· est mala senib⁹ &
eis in q̄bus generant̄ hūores fri· Auicē·

Noag vocāt gre· costas molles iferiores
Noas · i· es·
Noaes idem quod supra·
Noachasachaman ē quedā herba nascens
in campo pilosa & dura qua caremus·
Nois· id est· ratio vel intellectus·
Noisi idem quod supra·
Noi id est· nucleus dactili·
Nocale · i· furfur·
Nochale idem quod supra·
Nockale idem quod supra·
Nocha · i· flōmos·
Nochifar · i· pulegium·
Nochifari idem quod supra·
Nocticorax · i· bubones aues·
Noctilopa · i· nictilopa·
Nodach· i· pulueres & vnguenta·
Nodar · i· antimonium·
Nodalfar · i· apium risus·
Nomas est vlcus oculi putruosū conten
tum ex tumore & sordibus: quidā dicūt
q̄ sunt comestiones cancrose·
Nome · i· satirion·
Nomerac · i· almea·
Nomerati idem quod supra·
Nora · i· calx·
Norasar · i· muscata·
Noralifor · i· yronia.
Nosadar · i. sal armoniacum·
Noscader idem quod supra.
Nossalef · i. mustellina·
Noticos mileos· id est· spinalis medulla·
Nocticora · i· nocticorax·
Noumaticam · i· rubeum.
Nouisarch · i· psillium·
Noualasar · i· sticados·
Nubastis · i· stafixagria·
Nubasuf · i· centaurea·
Nuber · i· vsnee·
Nucaria · i· nux muscata·
Nuca· i· posterior pars capitis·
Nucrati. i· locus vbi collū craneo iungit̄
Nucesar · i· nux sarcha·
Nuesarch idē quod supra·
Nucleus secundū quosdā quando simpli
citer ponitur: pro nucleo pini intelligit̄·
quidā dicunt pro nucleo oliue: sed in ij·
canone Auicē· de nucleo dactili intellexit
Nuda · i· mutha·
Nudalep · i· stincus·
Nudalepi idem·
Nudeac liquor est·
Nudokalip · i· os mundi·
Nudolf · i· ceterach·
Nugaselitis quid est lege elitis·

Nugaselinsi idem.
Nugasar .i.antimonium.

DLXXI.

NVmir arabice vel mestratir mise
ri. grece serpillũ vel herpillũ. la-
tine serapullũ. Sera. li. aggre.
cap̃. numir auto. Dyas. Est de eo dome
sticum & siluestre: sꝫ domesticũ ẽ plãta
inclinata sup̱ faciẽ terre iacens: & quod
de ea tangit terrã infigit in terra radices
& habet folia & ramos sĩlia folijs & ra
mis origani: nisi qꝛ sũt albiores: & ĩ odo
re suo ẽ aliquãtulũ ex odore maiorane: &
vtunt̃ ea multi ĩ cibis: & nominant eam
mlti arclas & arclanen: sꝫ siluestre ex eo
nominat̃ ragis: quod non inclinatur sicut
aliud super terrã ĩ ortũ suo: ymmo stat
erectum: & habet ramos suos subtiles
lignosos adeo ꝙ possumus facere ex eis
licinia ad lumen accendendum: et ramuli
sunt longi circa palmũ pleni folijs rute
similibus: nisi qꝛ sunt strictiora & longio
ra & duriora folijs rute: & flores acuti
saporis: & odoris boni p̱ singl'os ramos
distinctos: cuius color est in sũmitate eiꝰ
purpureus: & habet radices in quibus
non est iuuamentũ. Nascitur in rupibus
& ĩ locis lapidosis: & ẽ fortiꝰ & calidiꝰ
domestico: & admiscetur ĩ medicinis. &
est alia species agrestis vl' siluestris: et ẽ
sisnabarion: nascitur in locis habitabilibꝰ
& domesticis: & est similis mente: nisi qꝛ
sunt ei folia latiora ꝙ̃ mente: & meliorẽ
odorem habentia. Et idẽ auto. Gali. Sub
stantia eius est subtilis: & virtus eius ẽ
que calefacit: & desiccat in. iij. gradu.

Plinius cap̃. de serpillo. Serpillũ idẽ
est qđ herpillum: quandoqꝫ sumitur pro
poligonia: vt ĩ alexandro de dolore capi
tis ex causa calida. Et dicitur serpillũ qꝛ
super terram serpit. Et est aliud siluestre
aliud domesticum. Domesticum ramos
diffundit super terrã: siluestre in longuꝫ
crescit & altum. Dyas. cap̃. de serpillo
siue vt latini cicer erraticuꝫ Herba est hu
milis: & super terrã repens cum folijs
atqꝫ ramis origano similibus albidioribꝰ
tamen: sansuci odorẽ fingentibus: & eius
species sũt due: vna ortualis siue vsualis
q̃ in cãpis lapidosis crescit: alia agrestis
que non per terraꝫ serpit: sed recte atqꝫ
stipitis positione erigitur: cum ramulis
tenuibus atqꝫ horrentibꝰ in longitudine
bipalmis cum folijs paruis rute similibꝰ
sed angustioribus & longioribus: cuius
hasta similis est sarmento: florem odoris
suaui habens in omnibꝰ virgis cõstitutũ
& in summitate purpureum & linguam
remordentem & gustu viscidum: radix
eiꝰ inutilis est. nascitur locis saxosis. Est
autem vehementior et calidior ea que est
vsualis: que ideo accepit nomen herpillũ
ꝙ greci herpete repere dicunt: quia am-
bulat. Nam fructus huius plurimum am
bulat fructificando. Auicẽ. li. ij. capi.
mescatramesir. Mescatramesir siue mes-
carrasir est cuius stipites sũt similes asce
hesabram sicco. Ex quo non assumitur in
principio cibi sapor plurimus neqꝫ odor
Deinde succedunt amaritudo et acuitas
Et ẽ diuersarũ specieꝝ. et vna ẽ debilior
alia. est ca. et sic. proueniens ad tercium.

Posse. Sera. auto. Dyas. Prouocat
menstrua quãdo sumitur ĩ potu et vrinã
et confert tortionibꝰ vẽtris: et attritioni
bus musculoꝝ et sũmitatũ coꝝ: et ap̃ati-
bꝰ epatis calidis: et ẽ bonũ ꝯtra nocumẽ
ta venenoꝝ qñ bibitur: et fit emplastruꝫ
cũ eo super morsum. et quãdo coquitur
cum aceto et admiscetur ei oleum ro. et
proijcitur sup̱ caput sedat sodam: et est
cõueniens proprie litargie et carabito. et
quando sumitur ĩ potu ex eo cum aceto
ʒ. iiij. sedat vomitum sanguinis. Et idem
auto. Gali. Semẽ eiꝰ ẽ similit̃ calefactiuũ
Et ideo quidã exhibẽt illđ ĩ potu habẽti-
bus sincopim et tortiones ĩ vino. Et idẽ
auto. Dyas. Habet virtutem calefactiuã
quãdo semẽ eiꝰ bibitur cũ vino. et cꝯfert
distillationi vrine et lapidi. et tortionibꝰ
ventris et sincopi: et fit emplastrũ cũ eo
ad puncturã apũ: et quãdo sumit̃ ĩ potu
sedat vomitũ. Et idẽ auto. mesuay. Apit
oppilationes viarũ: et habet virtutẽ con
fortandi multũ in punctura. Dyas.
Virtutẽ habꝫ ꝯstrictiuã siue redarguẽtẽ
menstruis imp̱at: vrinã prouocat: bibitũ
tortiones et cõquassatiões vtiliter curat
tumorẽ epatis cõpescit: morsibꝰ venena-
tis occurrit: bibitũ et ĩpositũ id p̃ãt: do
lorẽ capitis cũ aceto coctũ oleo ro. addi
to ꝯpescit. maxime litargicis et frenetícis
adhibitus ꝓdest: nauseã prouocat. Item
emoptoicis mederi dicit̃. ʒ. iiij. cuꝫ aceto
datis Gali. vj. sim. far. cap̃. da serpillo
Nominãt ipsum multi susubar. sapor eiꝰ
est fortiter acutus: et virtꝰ eius ẽ ca. sub
tillatiua et resolutia: et ꝓuocat vrinã et
mẽstrua. Auic̃. Qñ pascunt eum pecu
des facit emulgere sanguinẽ et excusat a

calamento: imo forti9 est eo plurimū: & extrhit hūiditates viscosas a pectore & pulmone. Sirup9 ei9 ɔfert cōturbatōi et nausee: ꝓuocat mēstrua fortiē & vrinā.

·DLXXII·

NVsador ara· grece vulsadar· latiē vero sal armoniac9 Sera· Sal armoniacus est albus & rubeus: & extrahitur ex lapidib9 claris duris: & est sals9 mordicatiu9 multū: defertur ex corasení: & sūt eius colores multi· Nam est ex eo niger & puluerulētus: & albus clarus sicut cristall9: & ē melior: & ē ille qui ingrediē ī medicinis: & ē ca· & sicc9 in· iiij· gradu· Posse· Sera. Est abstersiuus humoꝝ grossoꝝ: & abstergit & lauat: & cōfert casui vuule & squinantie: & diminuit albedinē oculi seu pannū ei9

Nuscadar idem quod supra·
Nutida .i. amigdala·
Nutifar .i. cimbalaria·
Nutifari idem·
Nutum ·i· motum·
Nutrūscenius ·i. stella terre·
Nutrusar .i· antimoniū·

·DLXXIII·

NVx vsualis latiē· ara: leuz alexandrie· gre· carea basilica vel karia & est nux vsualis qua cōmuniē vtimur ad edēdū· Sciendū ꝙ nucis mlta sunt genera: sȝ qñ simpliciter ponitur ꝓ vsuali intelligiē· Posse· Dyas· cap· de nuce· Nux si māducata fuerit cacostomaca est indigestibilis: & coleram nutrit: dolorem capitis commouet: tussientib9 contraria est: a ieiunis comesta nauseam prouocat: venenis ɔtraria est si comesta fuerit· Sumpta cum caricis lumbricos latos excludit: cataplasmatibus adhibita tumores mammaꝝ cōpescit: luxationib9 cum melle & ruta bene adhibetur: cuȝ cepula melle & sale: morsum hominis & canis ad sanitatem perducit: tunsa cum corio: & in vmbilico posita tortionibus medetur: corium eius cōbustum tritum cuȝ oleo et vino capillos infantibus inunctū bonos reddit: allopitias limpidat vl' emēdat: menstrua suspendit si caro ipsius cōbusta cū aqua bibita fuerit· Veteres aūt nuces carnes earū cataplasmatib9 adhibite: cancros & carbūculos tollūt: egilopas limpidāt: & si caro masticata & iposita fuerit: fit etiā ex ipsa oleum si tūsa et expressa fuerit· virides aūt nuces cacostomace sunt que si oleo mixte fuerint eius acoreȝ tēperat9 & liuores corpis tollunē Arbor nucaria habet in folijs hoc vel cinis stipitum: nucis autē viridis cortex tunsa & pssa & succo q̄ eijciē cocto cuȝ melle: vt solet fieri de moris ad oris vitia bonum est: & vocaē dyacareon· Iteȝ cortex nucis siccata· & vsta leptomeris & desiccatiua sine mordicatione fit medicina Gal'. vij· sim· phar· ca. caria· Caria vel carea· i· nux arbor habet quidē q̄d in pullulationibus & frondibus stipticum euidens· plurimū autem in nucis cortice recenti & sicco· Vtuntur aūt eo ꝓpterea & tinctores: non aūt exprimentes eos: et succū similiter succo moroꝝ & ruboruȝ coquētes cū melle: stomatico vtimur farmaco: et etiā ad alia vniuersa in q̄bus sūt cōgrui p̄dicti succi. Nūc v̊o ipsius aliud quidem est esibile aliud oleaginosum & subtiliū partiū: quocirca & succi fit faciliter: & magis quidē fit tale quātūcunqȝ repositū diu manet: oleū nanqȝ exprimē est possibile ex eo antiquato· Nux auteȝ diaforetica sufficienter fit. Vnde quidam cū ea cācrenas & carbunculos & egilopas sanant. Quidā aūt & ad neruos vulneratos vtunē ea· Recens auteȝ dum est habet quid & stiptice qualitatis: que vero incompleta sunt adhuc & nondum sicca: similiter & alijs fructibus quicunqȝ sunt virides plena est humiditate semidigesta· Cortex autē eius siccus vstus subtilium ꝑtiuȝ fit exiccatiuū & inmordax farmacū· Est autē & aliud genus cariarū id ē· nucum paruaꝝ que vtiqȝ & pontice nuncapantur: & sunt auellane: pro q̄b9 le· nux auellana· Auic· li· ij· cap· de nuce ca. est ī. iij· sicca ī principio scd̄i grad9 & in ipsa est humiditas que deletur cum antiq̄e: et īfixa ē nuci stipticitas plurima & folia et cortex ipi9 oīa sūt ɔstringētia fluxū sanguinis. Et eius cortex adustus & desiccatiuus sine mordicatione· Oleuȝ vero vetuste ē sicut oleū vet9: & abstersio antique est fortis· Ex recentibus fit emplastrū super vestigia ꝑcussionis: masticata medulla ei9 poniē sup apostema melancolicū & vlcerosum: & cōfert ei9 gūma vlcerib9 calidis sparsa super ea: & in emplastris cum melle & ruta confert torsioni neruoꝝ: facit sodā: et distillatur succus folioꝝ tepidus in aurem: & ɔfert saniei ī aure· Dicit alcaus ꝙ ipsa grauat linguā: & ē faciēs bothor ī aure: ei9 oleū confert herpeti estiomeno· & herisipile:

& fistulis in partibus oculi: succus corti
cis eiꝰ: & rob eius ꝓhibēt ꝑfocationē: &
nocēt tussi: & oleū antiquaꝝ facit veire
dolorē gutturis: & ex oībus q̄dē spēbus
nucis dixit alcaus fieri emplastꝝ mām̄il
le apostemose: & ꝓprie ex regali magna·
ē difficilis digestionis & mala stomacho
sꝫ nutrita & recēs ē melior stomacho &
minoris nocumēti: & illud qn̄ frangit̄ a
duobus corticibus suis. Et nux quidem
nutrita cū melle ꝯfert stomacho frigido
Dico aūt ꝙ nux non est conueniens nisi
stōacho frigido tm̄: facit bothor· & sedat
dolorē vētris pūgitiuū: & retinꝫ ꝑcipue
frixa: & eiꝰ cortex retinet fluxū sanguis
mēstrui: & que nutrita est cōfert renibꝰ
frigidis valde: & cinis corticis eiꝰ ꝓhibꝫ
mēstrua· bibitus cū vino & superpositꝰ
& quādo comedit̄ nutrita soluit: multꝰ
vero succꝰ eiꝰ educit vermes paruos &
ascarides: & ē ex eis que cōferūt orbo &
cum ficubus & ruta est medicamē oībus
veneis: & ex ea cū cepe et sale fit ēplastꝝ
super morsum canis rabiosi & reliquorū
Rabi moyses· Si multū ex eis comedant̄
generatur retentio verborꝝ: & ideo non
dant̄ pueris & citiꝰ digerit̄ nuciculis·

Auerrois ī suo colliget cap̄· de nuce.
Nuces ca· & sic· sūt: q̄ multū cōmeste fa
ciunt palisim ligue: & ꝓuocāt vomitū et
laxāt vētrē: & comeste cū caricis obstāt
veneno: bone sūt magis tp̄e frigoris·

Nux keden quid est lege lanceden·
Nux beden idem quod supra·
Nux eden idem·
Nux miticscata ·i· nux muscata·
Nux indica· i. magna que ab india venit·
ꝑ quo le· neregil.
Nux pontica ·i. nux auellana·
Nux parua idem·
Nux meth ·i· alexandrina.
Nux carea basilica· i· auellana·
Nux basilica ·i· vsualis·
Nux lecto carica idem quod supra·
Nux regalis ·i· nux indica·
Nux romana quid ē lege electrū·
Nux gallica idem quod supra.
Nux sarta· i· nux egiptia que est magna
habēs semina intꝰ ī casibus ordinatis sic
est ordinatio seminū in pomo nigelle: &
semina eius vocāt̄ grana paradisi vel me
liketa vl' mela egiptia· sūt illa semīa odo
rifera & nimium acuta mordicantia lin·
guam vt piper.
Nux egiptia idem quod supra·
Nux alexandrina· i. nux vsualis·
Nux persica idem·
Nux cipressi oībus ē nota: & fit ex ea se=
cundū Auicennā emplastrū rupture.
Nux tamarisci vel tamaricis est fructus
tamarisci· Auicē· vocat ipsū alkanmezok
vel kemeizik: est equalis ī caliditate: aut
est ī principio primi abscindit fluxū san=
guinis: & collutio oris ex eo: & aceto re
mouet dolorē dentiū·
Nux miristica est nux muscata· nam miri
sticum grece· i· odoriferū latine·
Nux cardismiristica idem est·

·DLXXIIII·

Nux muscata latine· arabice ieuz
baue· Sera· li· aggre· capitl'o
ieuzbaue· Ieuzbaue· id ē· nux mu
scata & affertur de india· Et idē auto·
ysaac· Meliores sūt ex eis rubee pingues
graues: & deteriores nigre leues & sicce
sunt ca· & sic· Posse· Stringit ventrē
& aromatizat stomachū: & odorem eius
facit bonū: aufert sup̄fluitates a stōacho
& digerit cibum: & expellit vētositates
& corroborat stōachū & epar: & ꝯfert
lentigini faciei: & serpigini: & extenuat
splenē: & mollit apata dura epatis: et na
tura eius ē sicut nat̄a gariofiloꝝ: & ē ca·
& sic· in scd̄o gradu bona ē stomacho &
epati frigido: & cōfert debilitati eoꝝ·

·DLXXV·

Nux auellana latine · arabice leuz
agileux omnibus ē nota· Gal'·
vij· sim· phar· de nucibus· Est au=
tem & aliud genꝰ cariarū & nucum par
uarum que vtiq3 & pontice nuncupātur
ampliori participātes terrestri substātia
quocirca & magis austera cum gustatur
ipsa planta & fructꝰ & cortex apparet·
in alijs vero similis existit magne nuci q̄
vocatur ab aliquibꝰ basilica: nūcupatur
aūt & hec p̄ua nux a pluribꝰ leptocariū
vel auellana· Posse· Dyas· Auellane
in cibo sumpte dolorē capitis incutiunt
stōachū inflatōe distendūt: corpori sano
pinguedinē cōferunt: sicce in vase fictili
cōstitute distillationibꝰ mitigādis vtilliē
offeruntur: trite ex aqua mulsa potateq3
vetustissime tussis molestiā sedant· Alij
tritas cuꝫ passo bibēdas dederūt ad pul
mōis & iecoris vitia sanāda· Alij tritas
cū pipere miscuerūt cū vino propinatas
contra catarrum & tormēta ventris: &
vrine distillantis angustias valere sense
rūt cū axungia vl' adipe vrsina ꝯtrite et

alopitijs linite capillis damna restituunt
dicūt aliq̄ coꝛia eius cū oleo trita oculos
gattineos iuncta īficere & capillos : hāc
multi leptocarā vocāt: cacostomatica ē
que si assata fuerit: & cum pipere bibita
catarron maturescere facit: & tota com
busta & axūgie mixta vt superiꝰ scriptū
est facit· Io·mes·cap̄·de oleis·Oleum
eiꝰ valet ꝯtra doloꝛē arteticū & neruoꝛū

Aui·li·ij·capitl'o auellana·Auellana
nutribilioꝛ ē nuce. quoniā ē magis solida
& minus vnctuosa: et tardioꝛis digestio
nis decliuis est ad caliditatē quandam &
siccitatē paruam: generatur ex ea colera
& ī ipsa ē stipticitas maioꝛ ꝙ̄ ī nuce: & ī
ipsa ē inflatio: & generat ventositatē in
vētre īferioꝛe: & q̊d ex ea adustū ē tingit
capillos: facit sodā: & assatur & comedi
tur cum pauco pipe & maturat coꝛizam
Y·inq̄t auellana ī cerebꝛo facit augmētū
Extimauerūt q̊dā ꝙ ipa illinita sup ver=
ticē pueroꝝ varios habētiū oculos delet
varietatē: comedit cū aq̄ mellis: & ꝯfert
tussi antiq̄z: & adiuuat ad spuendū·Est
tarde digestiōis: & excitat vomitū & ē
tardioꝛis digestionis ꝙ̄ nux·Eiꝰ coꝛtex ē
stipticus & cōstringit ventrē: & confert
venenis & moꝛsibus: & ꝓprie cū ficubus
& ruta & puncture scoꝛpionis.

·DLXXVI·

Nux vomica ē fructꝰ secūde spēi
titimalli carsiceti ꝑ dyas·secūdū
quosdam vocat castanea indica·
Sera·li·aggre.cap̄·ieuzalkei auto. Ha
bix Facit vomere foꝛtiter: coloꝛ eiꝰ ē int
glaucedinē & albedinē: & ē maioꝛ auella
na paꝝ: & sūt ī ea nodi· Posse·Qñ ac
cipit de coꝛtice eiꝰ et terit & cribꝛat: &
accipit de ipo·ʒ·ij·cū duobꝰ aureis anisi
triti aut semine feniculi: et ꝯficit cū melle
sufficiēti: et bibit cū aq̄ ca·mouet vomitū
et expellit sup̄fluitates colericas et fleg-
maticas·

Nux agrestis ·i·yringus·

Nux integra est pondus ponderans su=
mmet·xiiij.

·DLXXVII·

Nux methel latine: sed arabi·ieuz
methel· Sera·libꝛo aggre·&
capitulo·Ieuz methel vachie·bo
nalbacharich idez sūt: et sunt nux methel
et est fructus similis nuci vomice: et se=
men eius est simile semini mandꝛagoꝛe: et
coꝛtex eius est asper: et sapoꝛ eius est de
lectabilis: & vnctuosꝰ. et virtus est fri·
in quarto gradu·Posse·si detur de ea in
potu vna kirat cū vino iebꝛiat ebꝛietatē
foꝛti: sed si dentur duo aurei cū eo statim
occidit·Et idē auto.Rasis·Ieuz methel
est narcotica et foꝛtasse occidit et opilat
& facit euomē: et si det de ea quātitas·ʒ·
ʒ·iebꝛiat ebꝛietate foꝛti·et opoꝛtet ꝙ su
mens eam sumat butirum calidūz: et po
nantur extremitates eiꝰ ī aqua calida: et
fiat ꝙ euomat satis: et curetur cura illiꝰ
qui sumpsit mandꝛagoꝛā· Aui·li·scd̊o
Facit subet: et est mala cerebꝛo: et pondꝰ
danich·j·ex ea inebꝛiat·est inimica coꝛdi
ʒ·j·ex ea est venenū diei sue.



Ac ·i·salamandꝛa
Oacion ·i·filipendula
Oabelchara·i· cucurbita
Oasaragu·i·v̊ga pastoꝛis
Oasatar ·i·oꝛiganum·
Oamfaxion·i·gramen·
Oamenen ·i·sisimbꝛium·

·DLXXVIII·



Emps arabice·grece erob·latīe
cicer· Sera·li·aggre·capl'o
oemps auto·Gali·Oemps·id ē
cicer·et ex eis sunt alba: et ex eis sunt ni
gra·Et est alia spēs que dicitur kersenne
et sunt rubea: et cicera assimilant oꝛobo
et nigrum noīatur teres·Virtus ē ei ca·
cū humiditate pauca: sed folia cicerum
agrestiū sunt similia folijs domesticoꝛū·
Verū grana eoꝝ diuersa sunt ab illis: et
cōferunt ad ea que conferūt domestica:
sapoꝛ eoꝝ est amarioꝛ: et virtus eoꝝ est
calidioꝛ et siccioꝛ: et foꝛtioꝛ domestica ī
omībus· Posse·Gali·viij·sim far·cap̄·
de cicere.Cicer legumē inflatum faciens
vētrē: lactis et spermatis generatiuū: et
ꝓuocat menstrua magis diureticū: renes
mūdificat decoctō eiꝰ: et apit oppilatōes
epatis: frangit lapides renū: et abstergit
scabiem et empetiginē: et resoluit apata
que fiunt in aure et apata testiculoꝛū: et
curat exituras malas quādo administrat
cū melle·Et idē vj·sim·far·cap̄·Erob·i·
cicer agreste ꝑ oīa calidiꝰ est domestico
ca·scz et desiccatiuū īquātū acriꝰ· Dy
asco·ī ꝓpꝛio cap̄·Cicer domesticū mollit
vētrē ꝙ ꝓuocat vrinā et mīstrua: et iuuat
ꝑtū et generat lac: sz ē īflatiuū·Et ē aliō
cicer quod vocatur cicer pegrinū: et est
oꝛobus quod cataplasmatibus adhibitū
tumoꝛes testium et foꝛmicas et zernas et
cancros et scabies malignas melle mixto
saluberrime curat·pro quo latiꝰ iuenies

si legis sersenne. Est aliud genus ciceruz quod crios dicitur: & ē rubeū similē habz virtutē supiorqi. uorz elixatura cum liba notido accepta ydropicis & hyctericis medicatur: vesice vulnerate cōtraria sūt: & renib? iutilia: cui? virt? ē epispastica & ca. ex media pte cū pte amaritudinis: propter quod & splen & renes & epar purgat: scabies & parotidas: & vulnera mala cum melle sanat. Est aliud genus ciceru qui cicer aretinū dicitur: & ē nigrū hoc omni cicere plus diureticum dicitur cuius decoctio bibita lapides in renibus frangit. Est alterū gen? ciceris agrestis folia habēs similia supiorib? odoris visci di semie simile: sz tāta efficatia est illi quāta supiorib?. Gal'. vj. sim. far. ca. erob Erob. i. cicer agreste: p omīa validi? est domestico: ca. scz & desiccatiuū inquātū acri? & amari? Aui. Albū ca. & siccū est i primo. nigrū est fortius: ambo sunt inflatiua lenitiua: et in ipso est incisio: & nutrimentū qd̄ pbet est fortius nutrimēto fabaz & magis solidū: et neqz ē i figuris suis qd̄ magis ipso nutriat pulmonē & quod ex ipso est humidū: plus est generatiuum superfluitatum q̄ quod ex eo siccum est. abstergit lentigines & colorē efficit bonum linitū & comestū: confert apatibus ca. & duris & reliquis apatib? que sunt ex eis i glandulis: et? oleū ɔfert empetigini: & ipi? farina vlceribus fraudulentis & cācrosis & pruritui: & ɔfert dolori dorsi: & cōfert bothor humido in capite: & ɔfert ei? ifusio dolori molariū & ɔfert apatib? gingiue calidis & duris & apatibus q̄ sunt sub auribus. Et cicer clarificat vocē: & nutrit pulmonem melius q̄ res aliq̄: & ꝓpter hoc fiunt ex eo sorbitiones scilicet ex farina cicerū. Eius decoctio vtilis hydropisi & hyctericie & ꝓpe qd̄ ē vt herbū: et nigz oppilatōes epatis & splenis apit. & cptet vt cicer comedat: neqz i principio cibi neqz i fine ipsi?: immo in medio ei?. decoctio nigri frangit lapidem i renib? & vesica: & cū oleo amigdalino & rafano & apio & totū qd̄ ex ipo ē attrahit fetū: & est maluz vlceribus vesice: & vehementer addit in coitu: & ꝓpter hoc nutrit masculia aīalia & camelos. Et ei? infusio facit erigē mēbrū fortiter qn̄ bibit a ieiuno: et coctū lenit nām: & apit oppilatōes renū: & ꝓpe nigrū et qd̄ est vt herbū. Et dixerūt qdā q̄ qn̄ infundit i aceto & aliquis ex eo comedit ieiun? & morat sup ipm p mediuz diē interficit vermes. Hyppo. dixit q̄ in cicere sūt due substātie q̄ sepant cū decoctione: quarū vna ē salsa & lenit naturaz & altera est dulcis: & ꝓuocat vrinaz: et dulcedo est inflatiua: & excitat coitū.

Oimara .i. sugella.

Oimis .i. vinum.

Oipagianos id est. almea.

Oizatum id est. anisum.

Oiris Paul? cap. de emoptoica passiōe multo inquit fluxu existēte oirim: & mumiam cum aceto supponamus ꝛc.

Olimpiados est nomem cuiusdam loci.

Oomacticus id est. sambacus.

Ootagis id est. papirus.

Obalsimon id est. gūmi edere.

Obstraca demerta. i. obstracus marinus

Obstraca est qlibz piscis degēs i coclets & de isto genere sunt similiter limaces.

Obtalgia id est. dolor aurium.

Obtalmia est apostema oculi. dictum ab ob quod est cōtra: & talmon qd̄ est oculus quasi contra oculum.

Obtarmita. id est. sternutatoria vel prouocatiua vel sternutamenta.

Obemon id est. asarum.

Obredi .i. os calcanei subtus.

Obretica .i. que fastidium tollūt.

Obismaticus id est. asmaticus.

Obripilatio id est. frigus.

Obrizū. exponit beat? Gregori? in xxiiij. moralium rude aurū. Alij exponunt pro auro purgatissimo q̄si eurizon. i. radius.

Obsimogarus id est. garus.

Obolus est pondus trium kirat. & kirat pōderat q̄tuor grana ordei: ergo obol? ponderat. xij. grana ordei. Item obolus pōderat danich vnū & . s. videlicet. j. s. Vn̄ in cap. de lauro apud Sera. ex verbo gali. vbi dicitur q̄ dentur de cortice eius danich. ij. s. ex verbo Dyas. habetur. ix. kirat. similiter apud Aui. eodē verbo. & in antiq̄ trāslatōe Dy. habent tres oboli quandocunqz inuenitur apud Auicennā Onolosac intelligendū ē obolus. & onces idem ē. Item in practic[illegible] cassij oboli duo faciunt ℈. j.

Obnosium id est. coniunctum.

Obsonium id est. caro siluestris.

Obsomogarū id est. oxomogarū.

Obsonium id est. salsamentū.

Obsomogarum. id est. muri.

Obsonia. dicuntur grece salsamenta vel sapores: in quibus intingunt carnes vel

pisces vel panis & cetera · Item Plinius absonia sunt q̃q̃ cibaria q̃ cū pane edūt
Ocalib · est herba palustris q̃ ē ī flumib⁹
Oca · idem quod supra ·
Ocab · .i.sal armoniacum ·
Occa · id est . herba q̄dā que nascitur ī mari · que alio nomīe dicit̃ ogga ·
Ocha · id est · citrina.

DLXXIX ·

Ocia est gleba terre ßm Dyas · mellinum habens colorem & sine lapide frangibilis qua vtuntur pictores · est vero talis actica · cōburitur & lauat̃ sicut cadimia · Posse · Virtus est ei stiptica : tumoribus & pustulis medicat̃ : alta vulnera replet : & superexcrescētes carnes equat · cerotis maxime addita duricies soluet ·

DLXXX ·

Ocimū · id est · basilicon : sed falso ymo est herba scđm Dyas · similis ozimo : hastas duo⁊ palmo⁊ habens : qui habent folliculos similes iusquiamo : & semē nigrū simile melancio ·
Posse · Virtus illi⁹ talis cum vino bibita : morsus venenatos opescit · sciaticis cū mirra & pipere maxie prodest ·
Radix est tenuis & inutilis ·
Ocitis · id est · affodillus ·
Occiput · .i. occipitium ·
Ochis · .i. auris ·
Ochimōtes folia habet ozimo similia . & ramos yreos cum laminis seminibus plenis · & est melanchiū apud Dyas ·
Ocodis · id ē · serum de lacte ·
Ocodam · id est · oculus bouis ·
Ocodiamen · id est · arsenicum ·
Ododon · id est · auris ·
Ocrodis · idem quod supra
Ocron · id est · rubeum · inde trocisci yzio cri · ab ydea qđ est forma · & ocron qđ ē rubeuꝫ · quia formati trocisci sunt rubei ·
Oculus lucidus id est · litium ·
Ocul⁹ bouis : vł ocul⁹ vacce apđ Auic̃ et Sera · vocat̃ bihar · grece vo butalmon ·
Et apđ Dyas · ē cotula · p quo le · bicher ·
Oculus cōfulis · est herba dicta filij ante patrem ·
Oculus christi · idem quod supra ·
Oculus aranee · i · tela aranee rotūda · Istđ vocabulū ponitur in antidotario Galie · minori in vnguento ad serpigimem ·
Oculus spatule · est quoddā additamētū ·
Odac · id est · salamandra ·
Odalia · id est · soldana ·
Odapidelia · id est · cartafilago
Odasimō sunt mordica tōes vel prurit⁹
Odes · id est · dens ·
Odelium · id est · narcissus ·
Odeberia · id est arbor tremula ·
Odremon · id est · napta ·
Odico · id est · ebulus
Odiosmon · id est · menta ·
Odicus · id est · ebulus ·
Odimeria · id est · pentifrigium ·
Odorbzion · id ē · russingol⁹ auis
Odoplas · id est · altea ·
Odonchins herba est sic vocata a plinio
Odromas · id est · incensaria ·
Odroforbia · id est · odorforbia
Ofaricon · id est · gramen ·
Ofranticum · id est · emfraticum
Ofrainma · id est · mellica ·
Offri · id est · gummi edere ·
Offrennem · id est · brion ·
Offrenisi · idem quod supra ·
Offiasis · i · tyria · Et dr̃ offiasis · ab offios : qđ ē serpēs · qꝫ serpētinas squamas in superficie cutis rep̄sentat : & habꝫ cortices quasdā latas . Vñ ab Alexā · cap · primo · Offiasis appellat̃ a Sera · tyra a tyro serpē te qđ idē est · vñ offiasis vel tyria · i · furfures capitis · Et differūt ab alopitia . quia fit a lopitia magis in ꝓfūdo circa radices capillo⁊ · et facit excoriatōes ī ꝓfūdo
Offia · id est · anguilla ·
Offis id ē · serpens anguis
Offiena · sunt molles tumores ·
Offionicos · id est · lacerta ·
Officis · ē spēs marmoris coloris serpētis
Offries : id est · supercilia ·
Offocatio sterica · i · suffocatio matricis ·
Offosab · id est · almea ·
Oga · id est · alaganica ·
Ogramina · id est · gramen ·
Ogigantum · id est · opoponax ·
Ogi · id est · acorus ·
Oggi · idem quod supra ·
Ogri · id est · cicer ·
Obamarā · herba est satis stiptica habēs virtutem zaror ·
Obabatam · id est · cucurbita ·
Olarien id est · git ·
Olba id est · fenugrecum
Olbabech id est · cinis ·
Olcaib · id est · silex
Olca · est pondus vntie vni⁹ min⁹ tercia
Olgagea .i. ameos
Olea · id est · oliua
Oleāder · i · landrū · p quo lege nerion

Oleum. quando simpliciter ponitur de oliuis debet intelligi.
Oleum ciprinum .i. de ciprino.
Oleum de alcanna. idem quod supra.
Oleum siccinū. .i. liliaceum.
Oleum neriden. .i. nardinum.
Oleum sitionū. est quod fit de cucumeribus agrestibus.
Oleū de kemest. .i. laurinū
Oleū onfācinū. i. de oliuis immaturis factum.
Oleū mantinū. i. de floribus vuarum: vel de labrusca.
Oleū fusinū .i. liliaceū.
Oleū mirsinū. .i. mirtinū.
Oleū miliaciū idem quod supra
Oleū picelinū. i. de resina pituina.
Oleum indū. i. oleum de nuce indica.
Oleū alupitiū. .i. de vulpe.
Oleū comune. i. lucernariū. pro quo le. cayt
Oleum glaucinū .i. de pastinaca.
Oleū gremiale. i. de oliuis maturis.
Oleū glion. i. ex liquore balneorū
Oleū vulturinon .i. ex cocognidio.
Oleū de storace quid est. lege melechac
Oleū necidiū. id est. de semine vrtice.
Oleū sansucinū. id est. de maiorana.
Oleū mitropion. .i. amigdalinum.
Oleū muscellinū dupliciter potest intelligi: vel muscellinū qd̓ in sui receptione recipit muscū sicut illud qd̓ ponitur ī antidotario Gal. vel qd̓ fit de ben. qd̓ ara. vocatur muscellina. & tale oleū vocatur siliter oleū balaminū.
Oleum de cherua. i. de catapucia. que ab aliquibus vocatˀ palma christi.
Oleū de keiri. fit ex keiri
Oleū leuci. i. oleum albū. leucos grece albū. & tale oleū est antiquū: qm̄ oleū q̈nto ātiquius tanto albiꝰ. Et oleū sic noīatum ponitˀ in antidotario Gal. minori in vnguento. qd̓ noīatur agrippa.
Oleū spondileon. .i. de laureola.
Oleū petroleū quid ē. le. brafalendi.
Oleū artriticum. id est. oleū de citromelis. i. de citrangulis.
Oleū cicinū. id est. de catapucia maiori.
Oleum susinū. .i. de lilio.
Oleū de croco. fit ex croco. mirra. cordumenis: & calamo aromatico scd̓z Mesue cuiꝰ fex vocatur crocoma.
Oleum sicilinū. i. napta. pro qua lege brafalendi. & lege siliter napta
Oleū oliuarum quid ē. lege cayt.
Oleū expensarum. i. oleū onfācinū qd̓ fit de oliuis īmaturis. & tale oleū vocatˀ similiter oleum gremiale. eo ꝙ in gremio oliue colligitˀ ante maturitatē. et vocatˀ similiter oleū expensarum. quoniam subuenit expensis ad naturā conficiendā. quoniā colligitur ante tempꝰ: & ex eis oleū conficere
Oleū balaninū. est quod fit de ben.
Oleū iusquiami sic fit. Contere semē iusquiami: & pone in folijs mecete inter cineres calidos: & coque: postea manibus exprime. & illud ē valde bonū.
Oleū cylinū. id est. de fenugreco
Oleum albū. i. oleū vetus multoties lotū
Oleū dulce. .i. cū sale.
Oleū salinū. .i. sicionium.
Oleū sabinum. idem quod supra
Oleū sitioniū .i. salinū vel sabinum
Oleū cabruniū. .i. ex cancris.
Oleū muscinū. .i. de muscis
Oleum sciminū. .i. lentiscinū.
Oleū keadi. est oleū qd̓ fit ex keadi
Oleū de hasse. ē oleū serecinū. Illd̓ oleū ponitur in antidotario Damasceni. & debet sic intelligi. Oleū de hasse: & est oleum serecinū. i. quia illud oleū est compositū ex oleo de hasse: & ex oleo serecino. & ideo vocatur oleum de hasse & oleum serecinū.
Oleū serecinū. i. oleū quod fit de sericis: vt apparet si le. seres.
Oleū ciminū. .i. oleū keadi.
Oleum melinū. .i. de citonijs.
Oleum citrinū. .i. de citro
Oleum zirungen .i. de hermodactilis.
Oleum catholicū .i. de laureola.
Oleū sambuceleon. i. de sambuco
Oleum lineleon. .i. de semine lini.
Olemela. .i. oliua
Olen. .i. lacertus.
Olbedias. .i. oleum.
Olcherna. .i. pentadactilus.
Olia. id est. asma.
Olibanū libanthꝰ. hoc libanū. i. thus. hec libanus. i. arbor. hic libanꝰ dicitur mons vbi oritur. & quid est lege ronder.
Olibrum. .i. maiorana.
Olibarda. id est. eupatoriū.
Olira vel ollira id est. siligo.
Oliua quid est. le. cayt.
Oliuella. quid est. lege camelea.
Oliue colūbares. id ē. oliue sale condite.
Olisidera. id est. spatula fetida.
Oliua ethiopia id est. oleaster.
Olixatrū. id est. alexandrū.
Olixat. .i. semē macedonici.

Olcis. .i.spelta.
Olcki. .i.ros marinus.
Olicbatos.i.caprificus vel ficus agrestis
Olira. .i.siligo.
Olinchi. .i.fic⁹ pue nō mature
Olosach. quid est. lege onolosach
Olo. .i.cotum.
Ololigus. .i.luocalis auis.
Olus iamenum. .i.sachiliemene.
Olus coxilides. idem quod supra
Olusac. .i.tapsia.
Oliuibet. .i.sal.
Olus iudiacum.i.maluauiscus vel altea.
Omarus. .i.sorbitio.
Omansisin. .i.farina ordei.
Omasum. .i.venter
Omfaciū.i.succ⁹ vel liquor amar⁹: & factus de oliua amara: & inspissat⁹ vel de vua amara.s3 ſm Gal.i li.dinamidiarum Omfaciū sic fit. Acinis vue agrestis expssis carnes ipaꝝ & nucleos i sole siccatos tūde & fac puluerē & erit omfaciū Quidam dicūt ꝙ omfaciū est quidā succus i spissat⁹: & recōdit⁹ i pastillo qui fit ex olea vel fructu vitis immaturo Exprimitur em̄ olea anteꝗ matura sit: & succus inde factus inspissatur & reconditur.
Omfacū mellitū ſm Gal.li. dinamidiaꝝ sic fit. Accipe botros mūdos non maturos nec acerbos: & repone in vmbra vt possint suas hūiditates aliqntulū deponere. deīde exprime & mitte ī ipo succo ptes.iij.mellis despumati ptē.j.& mitte i vase fictili: & gipseo cū calamo pforato: & suspēde ad solē dieb⁹.xl. valet ad vētres reumatiзātes. ad fastidiū & stōachi debilitatē. corpa ↄfirmat q̄ sincopim patiuntur.
Omfacū s3 Gal. Dinamidiaꝝ vue n̄ matē succi ptes.ij.mell' ptē.j.in vase duplici coques: donec depēllior ipe liquor fiat
Omfakam. .i.omfacium.
Omfales. .i.vmbilicus.
Omfaxotos.i.lābrusca: vel vua agrestis
Ometam. .i.zirbus.
Ometra. .i.macca.
Omercium. .i.collegium
Omentum.id est.pellicula inuoluens immediate intestina.
Omiomerū. id est.consimile.
Omirac. id est.lactuca.
Omisiria. id est.audacia.
Omis & emidbia.grece piscis.
Omi. id est.similis.
Ommon. idem quod supra.
Omnimorbia.id est.poliuз.eo ꝙ multis morbis congruat.
Omotion. id castanea.
Omoteras. id est.rapas.
Omoznensis.id est.dilatatio pupille
Omogeneum.id est.vnius nature.
Omos. id est.humerus.
Omopotras. id est.spatulas.
Omoi.id est.vermis rotundus qui inuenitur sub vorijs. Paul⁹ de asma te omoi q̄ sub vorijs inueniūt̄ frige i vase fictili.
Ona. id est.testiculus.
Onagri. id ē.siluestris asinus
Onacium. id est.vinacium.
Onaticos.i.que non possunt coagulari.
Ondacota. id est.nasturcium.
Onfaria. id est.incensaria.
Onitas. id est.dyagridium.
Onichos. id est.vngula.
Onix. idem est.
Onixi. id est blactebisantia
Onificum.est puluis q̄ fit de acinis vuarum acidaꝝ immaturaꝝ expressis & siccatis & tritis.inde dicit̄ melenificū qđ habet admixtionem hui⁹ pulueris quod fit de floribus stipticaꝝ arboꝝ vel herbarum: vt oziū & bruerie & similiū.
Onocis.i.tumor: vt in fine tegni.
Omnimorchia. id est.polium.
Onoticum. id est.censiuum.
Onosac. id est.obulus.
Onolosach. idem quod supra
Onoles. idem quod supra.

DLXXXI.

Nomia quam multi onomidam appellauerunt Dyas.capitulo onomia.virge sūt duoꝝ palmorum: & nodose.folia illi sunt minuta sicut lenticule: aut rute: aut anchuse subaspera: & pinguia & spissa. Hāc multi in sale cōponūt & comedūt suauissime. virge p dicte spinas acutissimas habēt albe sunt & virtutis calide. Posse. Corium radicis eaꝝ cum vino bibitum vrinā pducat.lapidē vesice excludit. vulnerib⁹ sordidis medicatur.cū aceto cocta & ore retent a: dolorē dentiū prohibet. Gal. viij.sim.phar.cap ononis.Ononis radicem habet calefactiuā iam scdm tercium gradum.Cortex vero ei⁹ maxīe est vtil' participās abstersiuitate & incisione vnde non tantū est abstersiua.sed lapidum fractiua.Eadē aūt virtute: & escaras cito sistit.vtunt̄ aūt ea & ad dentiū dolorē coquentes i oxicrato & gargariзātes.

Onolosat.i.nomē ponderis. & est obulꝰ
Onos. id est.asinus.
Onnopira. .i.similia frumento.
Onnokoiron. id est.similia ordeo.
Onthos quid est.lege effelide.
Opagios.id est.auricula muris: & ē her
ba sic vocata.
Opaclia idem quod supra.
Opāclimia. id est.luyula.
Opomerium. id est.de octo rebus.
Optomerium idem quod supra.
Opirus.i.panis non fermentatus. Aliꝗ
dicunt ꝙ est panis non mundus a furfu-
re.sed quid est.lege heuda.
Opium.id est.succus vel lacrimum. sed
opium papaueris quid est.lege chaxchax
Verum est quando simpliciter ponit̃ de
opio papaueris intelligitur.
Opium quirmaciū vel cirmaicum est assa
& laxat: vt in Alexādro cap. de curis dē
tium circa principiuꝫ. Demostenes opij
cirmaici.hoc est laxaris.
Opium indicum.id est.grauis odoris.
Opiū oxicratum. id est.dragantum.
Opifico. id est.lac ficulnee.
Opix. id ē.capillꝰ veneris.
Opsissomi.i.supficies panis exusta.
Optima valeriana.id est.fu.
Opotissi. .i.gūmi edere.
Opobalsamum. .i.balsamū.
Oposilfium. id est.asa fetida.
Opopira. .i.succus ignitus.
Opos grece. id est.succus vel lac.
Opo. idem quod supra
Opoponax quid est.lege iensir.
Opotissimalli. id est.lac titimalli.
Opomasticꝰ.id est.motus dimmutionis
Opoquistida.i.succus vel gūmi edere.
Opomirsine. id est.succus mirte.
Opocle.i.medicie q̃ d̉ succis fiūt vt opiū
Opossico.i.succꝰ caprifici.i.ficꝰ agrestis
Opocapaꝝ.i.lacrimū q̄si gummi arboris
cuiusdā que nascitur in egipto.
Opson. id est.salsamentū.
Opso. idem.
Optos. id est.assatus.
Opnoxiachantū. id est.dragantum.
Ophus. id est.capparis.
Orasis.i.stamina siricia quo cribrantur
subtilissimi pulueres: vt in Almāsore ca.
de fe.quotidiana & vocat̃ sic ara. qr eo
ↄsueuerāt nobiles mulieres ora velare.
Oralex. id est.oliua.
Oracium. id est.pomum.
Oraser. id est.visus.

Oraca cadebel. id est.folia nespili.
Oracatafara. id est.folia tamarisci
Oraca soroal. id est.folia cipressi.
Oraca borot. id est.grana quercus
Oracales. id est.folia mirti
Oracallus. id est.serpentaria.
Oracal mastice. id est.sisimbrium.
Oracasolem. id est.lilium.
Orachislef. id est.tamariscus.
Oracaloget. id est.nux.
Oracalsefen. id est.sisamū.
Oractapper. .i.cappara amara.
Oractaldel. id est.coloquintida.
Oralcatron. id est.folia citri.
Oracalcias. id est.folia pruni.
Oracatur. id est.folia celsi.
Oracaltunden. id est.asa.
Oraalmesirion. id est.enula.
Orchades.i.oliue.eo ꝙ testiculis assimi-
lantur. Nā gre.testiculi orchis vocātur.
Orrarij.i.estuales vel q̃ seruant̃ oris.
Oremum. id est.pulegium.
Oresis.i.appetitus.inde anoresia. ab a ꝙ
est sine & oresis quasi sine appetitu.id est
fastidiū.sed īterponit̃ en.causa eufonie.
Oreoselinum quid est.lege apium.
Oreptica.dicuntur grece que fastidium
ciborum auferunt Gal.ad patritianum.
Oregmos. id est.faba fracta.

DLXXXII.

ORdeum latine.ara.habaet: siue habaer.grece trachia.Gal.vij.sim.phar.cap.d̉ ordeo trachi.i.ordeum primi gradus est in siccādo & ī frigidando. Habet aūt quid abstersiuum nō paucū. Est aūt breui quodā siccius ꝙ̄ farina fabaꝝ. Talia v̉o oīa siliā sūt in his q̃ vtunt̃ extrīsecus. Cū vero comeditur supat fabā. quoniā inflatōem deponit. in faba vero qualitercūqꝫ coquat̃ ꝑmanet inflatiuitas. grossioruꝫ em̄ est partiū ꝙ̄ ordeum: & ꝓpterea nutribilior eo ē. qm̄ aūt modicū a mediocritate abscesserunt. propterea sunt in multo vsu: huiusmodi em̄ farmaca multis alijs ꝑmiscentur ceu materie quedā. Et ꝓpterea cera & oleū ñ paucis cōmiscentur farmacis. Alfita aūt multa ordeo ipo sūt siccatiuiora crimmū ita nominatur ꝙ ex grossa ꝑte farine ordei & zea q̃ ex ꝑte farine subtilis. Est aūt nutribilius quideꝫ alfita difficilius vero digestibile. Vocat̃ autē q̃ ex eo sorbitior puls. & ē q̃ a zea sistitiuus quiescibiliter ventris. Et dicit ī li.de cibis fit ex ordeo panis: qui quādo est furfureus vocatur

maza Sera. li. aggre. cap. habaet. Virtus eius est quod infrigidat & desiccat in primo gradu. & desiccatio eius est amplior parum desiccatione fabarum quando applicatur exterius. Verum ordeum coctum est melius fabis in hoc quod ipsum non inflat. Et fabe quando coquuntur generant inflationem. quoniam substantia earum est grossior substantia illius: propter hoc sunt magis nutribiles quam ordeum. & ipsa ambo declinant parum a temperamento. sed sanie ordei est magis desiccatiuum quam ordeum ipsum Posse. Sera. au. Dyas. Aqua ordei est iuuatiua ad reprimendum caliditatem huius ditatum calidarum. & offert asperitati canne pulmonis & vlceribus eius. Et cum semine feniculi prouocat vrinam: & est abstersiua: & maturat apata calida. Et quando miscetur cum semine lini & fenugreco et ruta confert tumoribus testiculorum. Et quando administratur cum mirto & vino: & piris siluestribus & fructu rubi: & cortice granati stringit ventrem. Et quando fit emplastrum cum eo cum citoniis & aceto: offert aposteatibus calidis que accidunt podagricis. Et quando miscetur cum aceto forti: & ponitur super scabiem vlcerosam: maturat eam. Et farina ordei stringit ventrem: et sedat dolorem apostematum calidorum.

Origanum quid est. lege oypeamum.
Oricum. .i. eris cachimia.
Orioma. id est. aurum.
Oricum. id est. crocus.
Orinum idem quod supra.
Orimum. .i. vernix.
Orica: est genus legumis nobis ignotum
Orix. idem quod supra.
Oritus. .i. duricies in vulnere
Orios. .i. arbor glandium.
Orismus. .i. simula de ordeo.
Oriza. id est. risi.
Origanum fluuiale. .i. mentastrum.
Origanum eradhititiki. .i. pulegium
Oridium. .i. semperuiua.
Orion. .i. stella.
Origanazaba. quid est lege sandecus
Orium. .i. cephalea.
Orion. .i. finis vel terminus. inde orizon
Orithi. .i. arteria.
Orbicularis. .i. ciclamen.
Orchis. .i. satirion. & vocatur testiculus vulpis.
Orchiskinos. .i. testitulus canis. & est species satirionis.
Orinimum. .i. lomentum fabe vel cuiuscumque seminis.
Orimmon. .i. enula.
Orimion. .i. vrtica
Orimmis. idem quod supra.
Ormichia. .i. gallinacea.
Ornix. .i. perdix.
Orpida. .i. ciuitas.
Ortiuita. .i. satirion.
Orti. .i. priapiscum.
Ortix. .i. coturnix.
Orthigia. idem quod supra.
Orodis. id est. rosa canina.
Orodonis lentisa. .i. latra.
Orochoma. id est. suspirium.
Orobum. .i. herbum vel pipa & est legumen pro quo lege sersemine.
Orodorum. idem quod supra.
Orosa. .i. risum species legumis.
Oroxis. .i. liquiricia.
Orobocton. .i. ypoquistidos.
Orodes. .i. humores serosi & aquosi.
Oros. .i. aqua lactis.
Orouernacum. .i. ribes.
Orocteus idem quod supra.
Orrodis. .i. colatura colere rubee sicut serum lactis.
Oror. .i. horripilatio.
Orthot. .i. somnus.
Orthomia. .i. difficilis respiratio. scilicet asma vt apparet si le. siseleos. quoniam Gal. secundum vnam translationem dicit asma. secundum aliam dicit orthomia. Et dicitur orthomia. ab ortos quod est rectum: siue quia coguntur recte sedere non potentes iacere. seu quia equaliter mouentur superiora pectoris & inferiora in spirando cum est contrarium sanis hominibus quibus non mouentur nisi inferiora. seu quia recte dicuntur laborare inspiratione & expiratione. quoniam in ambabus laborant. Et quocunque istorum trium modorum dicatur orthomia: valde est laboriosa. Item ab orthos quod est rectum: dr piste ron orthos. .i. berbena recta: que quomodo sit recta apparet. si leges gerebotanum.
Orthogonia idem quod supra.
Orthodosos. .i. recte gloriosus seu docens recte.
Orthocanomenus. .i. lectus asmaticis aptus. in quo potius sedere quam iacere videantur. Mussio cap. de prefocatione matricis. Orthocathemena inquit sedeat. et est dictum recte sedens. Ab orthon quod est rectum. & cathe quod est sedere.
Orthopoticos. .i. talpa
Orthus. .i. rectus.
Orthos. .i. blitus.
Ormu. .i. orobus.

Ornus· est arboꝛ glādifera quercui siliꝭ Vñ qttuoꝛ sūt arbores glādifere· quercꝰ ylex· oꝛnꝰ· & alia vñ sūt grana tinctoꝝ

Orthus· ·i·coxlides·i·blitus·

Osaraga. ·i· virga pastoꝛis·

Osarat. ·i·oꝛiganum·

Osaricon· ·i·gramen ·

Osalis quid est.lege casper·

Osanco.i·os quod est in parte posteriori cora m albaum·

Osans· ·i·herba fullonum ·

Osnach· ·i·flos orni·

Ossa quid sunt· lege hazeam·

Ostra codermata·i·pisces habentes duras carnes·

DLXXXIII·

OSTRACOꝜ·i·cochilioꝝ· quedā sūt magna· quedā parua ·magna dicuntur ara·barcoꝛa: parua dicuntur ara·sades· Sera·li.aggre·cap . ostracoꝝ aut· Gal ·Ostracoꝝ ex mari magnoꝝ dicunt̄ barcoꝛa: nō vsus sum coꝛpoꝛibus eoꝝ: nisi prius comburerem ea· propterea quia sunt testea dura multuȝ· sed quando adurunt̄ fit virtus eorum: virtus que desiccat desiccatione foꝛti ·

Posse· Conferūt apostematibꝰ fraudulentis· & poꝛfira marina: est cochiliuȝ marinū purpureū Dyas· Habet virtutem desiccatiam: mūdificatiuā: & abstersiuā· vñ abstergit dētes: & diminuit carnem supfluā: & mūdificat renes & vlcera · & osolidat ea· Et qñ teste eiꝰ replent̄ sale: & ponunt̄ ī vase terreo & adurunt̄ deinde teruntur & ponunt̄ : abstergunt dentes: & conferunt combustioni ignis· quādo pulueriȝant̄ sup locum: & oporȝ vt dimittatur hoc medicamen in loco donec per se cadat· Nam quando locus consolidatus est cadit per se· Et quando cochile purpuree coquunt̄ cuȝ oleo ·& fit linitio cū eo: retinet capillos cadētes: & facit oꝛiri capillos in loco· Et vngule ipsoꝛum sūt coopcula quibꝰ tegunt̄ in foramīe suo: similes vngulis q̄ deferūt̄ ex india: & q̄ ex babilonia : & q̄ ex iameni· Meliores omnibus sūt que vergunt ad albedinē: & sunt odoꝛifere· quorū odor trahit aliquantulū ad odoꝛem castoꝛei · Quando sumunt̄ cum aceto in potu attenuant splenem ·Et quādo fumigantur cum eis mulieres habentes suffocationē matricis: confert eis· & ille fumꝰ excludit secundinā· Et quādo fumigat̄ epilēticus: excitat eū· Sed scides est cochilium paruū· Vnde coclee pue sicce qñ adurūt̄ cinis est multū adurens: ita ꝙ si miscueris cū alkitran: & vnges cū eo locū pilorum palpebraꝝ postꝙ euulsi fuerit ꝓhibent ortū eoꝝ· Et quādo terunt̄ sine adustione: & ponunt̄ supꝛa membrum infirmum & debilitatum conferunt · Et dixerunt quidam medicoꝝ qui ꝯposuerunt libꝛos in medicina ꝙ fuerūt expti hoc: & inuenerūt hoc· Et idem aut· Gal· Homīes orientales noīant eā talsim· & ē vna ex spēbꝰ cochilioꝝ habētiū puam testam· qñ sūt recētes & comedūt̄ molliūt ventrē: & maxīe ius eaꝝ· sȝ antiq̄ vetꝰ ex cocleis valet ad palpebras: qñ ꝯburit̄ & miscet̄ cū alchitran & terūt̄ bñ simul: et qñ poīt̄ ex hoc medicaīe ī palpebꝛa non sinit renasci pilos q̄ pūgūt oculū· & species cocleaꝝ q̄ d̄ hame: & aliaꝝ puarum specieꝝ laxāt ventrē qñ coquūt̄ cuȝ pauca aqua & bibitur ius illud·

Osec· ·i·armoniacum·

Ostec idem quod supꝛa·

Oseum vocamus bursam testiculorum·

Osteab· ·i·bolum armenum ·

Ostrea piscis·i·piscis degens in concha·

Osien· id est ·opium·

DLXXXIIII·

OSiris virgam habet nigram tenuem & sarmentosam· sed minꝰ fragilem: que circa folia habet sicut linum: & nigra in initio: & cum maturauerit rufa fit Dyas· Hec herba cocta in aqua & bibita hyctericis oppitulatur·

Osicare· ·i·alaris·

Oscido· id est· vlcus oris·

Osciata salcutre.i·coꝛtex radicis celsi

Ossilium ·est os quod est coꝛam albaū ī parte anteriori ·

Ostrui· plāta ē ꝭm Dyas ·nobis ignota·

Osoloꝛasin · id est·radix enule

Osoꝛasium· id est·vsnee ·

Osobacia· id est· pes coꝛuinus

Osolaluf· id est·serpentaria ·

Osolalchasab· id est·radix canne

Osolallolaica id est·radix spine albe

Osolalpheonia ·i·radix peonie ·

Osolalcusania·i·radix amigdale amaꝛe·

Osolloode· id est·radix ciperi

Osoa alchichir·id est·radix squinanti

Osoac ·i·argentū viuum

Osmo· ·i·egritudo in facie·

Os. id est·acoꝛus·

Os mūdi quid est ·lege pirgitis·

Os·quid est.lege bacoam.
Os de corde cerui quid est·lege qd supra
Os hominis quid est.lege quod supra·
Os sepie quid est·lege sepia·
Oralgia· ·i·dolor auris·
Orasac· ·i·amidum·
Otalfac· idem quod supra·
Ota· id est·auris·
Otarion· idem quod supra·
Otion· id est·auris·
Otion ripa· id est·auris sordes·
Oticé· ·i·medicia auricularis
Othimin· id est·prassium·
Othis· id est·auris·
Othiasis· id est·morbus auris·
Othisac· id est·filipendula·
Otonia.i.celidonia maior:sed falso·ymo otonia scdꝫ Dyas·Est perforata vel ypericon:vel herba sācti iohannis·folia habet eruce similia:sed pertusata & fragilia:& florem croceum & latum· Plini⁹ Otonia ī syria nascit̄ siliis eruce pforate crebro folijs:flore croci quā quidā animones vocauerūt·pro q̄ le·infaricon
Othonia· id ē·celidonia maior
Othonion· idem quod supra·
Othode· id est·serum lactis·
Otucis quid est·lege sandanig·
Otucisi· idem quod supra
Otuser· id est·vsnee·
Oua apala· id est·mollia·
Oua raticon·id est·oua piscis sallita·que nostro ydeomate vocantur oua nataxachi·Vnde paulus capitulo de dentibus & gingiuis sanguinem manantibus: oua raticon in olla comburens·
Oxaliricium· id est·acetū cū sale·
Oxalidos· id est·herba acetosa·
Oxalinum·id est·quedam confectio·
Oxabelio· id est rosa·
Oxabelion· idem
Oxirodimon· ·i·acetum cum oleo.
Oxigaron· id est·garū & acetū·
Oximogarum· idem quod supra·
Oxidorcas· id est·acute videns·
Oxialmon· id est·acetum & sal·
Oxia·id est·sepulta.sic exponitur in libro de alimentis·
Oxicantos grece. Dyas·Arbor est nimium spinosa:fructum mirre similē habens:sed paulo maiorem·rubeum interi⁹ & granatum & cetera·Et est dictum acutea spina·& est arbor ferens berberos: vt patet per concordiam Dyas·in eodem capi·cum Auic·capi· amiberberis·
Stefan⁹.Oxichantos vel berberos·q̄dam carpusiam vocant·
Oxichātos ſꝫ dyas·vocat̄ a q̄busdā cinos
Oximel·id est·syrupus ex aceto & melle
Oxios· id est·trifolium·
Oxiporium.id est·catarticum educens melancoliam & flegma·& est dictum acute poros penetrans·
Oxi· id est·acetum.
Oximissine id est·acorus·
Oxidercium·i·fomentum acuens visum
Oxifilon·id est·tercia species trifolij:& etiam significat acetosum folium·
Oxisquim·i·iuncus acute summitatis·
Oximola· idem quod supra·
Oxifabum latini scribunt·sed greci oxorasos siue oxonosos· Oribasius·Est ponderis vel mensure nomen Papias Est pondus·ʒ·vnius & ·3·sex·Aliqui vocant ipsum acitabulum·
Oximirnis· id est·scopa regia·
Oxilapatium·id est·acetosum lapatium & est herba que vocatur acetosa·
Oxicatron· id est.pusca·
Oxifabus· id est·casus·
Oxilocassia· id est.cassia lignea·
Oxigarum: id est·oximogarum·
Oxileon id est·acetum & oleū
Oximel· id est·acetum & mel
Oxilocantum· id est·berberi
Oxicantum· idem quod supra·
Oxilicitromili succi·id ē·succ⁹ citrāguli·
Oxifenikia. id est·tamarindus·
Oxifenicia· idem·
Oxicratum grece est dictum acetosum vinum·Verū ipm est acetum aqua mixtum·Nam vbi paulus cap·de vlceribus auriū habet oxicratuꝫ Auic·eodē loco Habꝫ acetū aq̄ mixtū·Similiter etiam in oībus libris arabicis vbi habetur acetuꝫ aqua mixtum·in grecis habet̄ oxicratum
Oxicolla· ·i·tauricolla·
Oxicada· ·i·lac acetosum·
Oxicadia· idem
Oxiglicon·i·dulce & acidum simul·Et componitur ab oxis & glicō·qd ē dulce
Oxileon·id est·compositum ex oleo communi & aceto
Oxirocroceum·id est·emplastrum compositum ex aceto & croco·
Oxitremia·id est·acetosa eructuatio·
Oxireum ·i·forte acetum
Oximalium ·i·cerusa
Oxis ·i·acetum
Oxiporium·id ē·acute poros penetrans·

Oxifilon. id est. cicutatam vel cicuta
Oxi. i. acutum. vel acetum. cuz pro acuto
inde dicitur oxidorchas. i. acute videns.
& oxiporium. i. acute penetrans poros:
cum pro aceto. inde dicitur oximel & o
xigala. i. lac acetosum: & oxifenicia. i. ace
tosus dactilus: qui est tamarindus q̄ sic
dicit̄ scd̄m Damascenū in proprio cap.
& sunt fruct9 palme silvestris indie s̄m
eundem. quia sicut dicit nascitur in for=
ma dactili. cortex abijcitur: et medulla q̄
est nigra & acetosa ad nos affertur. le.
fenichia & tamarindi.
Oxifillon. id est quedam spēs trifolij: &
est alleluia.
Oxitrifillon. idem quod supra.
Oxirodium. id est. confectio ex aceto &
oleo: maxime rosarum.
Oxuzacara. id est. acetum cum zucharo.
Oxigalas. id est. lac acetosum.
Oxiachantos quid est. lege amiberberis.
& est arbor berberis
Oxos. id est. acetum.
Oxomogarū id ē. sapor acetosus & sal19
Ozardus. id est. trifolium.
Ozanoros. id est. squinantum.
Ozanorsi. idem quod supra.
Ozenne. id est. vlcera fetentia
Ozemesich. id est. bedeguard.
Ozemich idem.
Ozimum cum oīibus suis speciebus q̄d
est. lege berengemich.
Ozimum nabat quid est. lege quod supra
Ozimum montanum. id est. basilicon. &
est berengemich.
Ozimum fluuiale. id est. mellissa.
Ozi. id est. acorus.
Ozirno. id est. quoddam granificum se=
men nobis ignotum.
Ozon. id est. fetens.
Ozonab. id est. vitellum oui.
Ozimum. id est flos luf.

PAcia. id lepida vel squa=
ma ex acutis cyprinis. &
est lepida.
Pacias. idez quod supra
Paciana. id est. patella.
Pachides beleferon. Demostenes. Est
palpebrarum corpulentia & grassitudo
qua exteriores ptes videntur extense. in=
teriores vero carnose: atqz sanguinolen=
te vertēdi palpebre difficultatē faciens.
Pachimeris. id ē. grosse substātie
Pala id est. bussus arbor.
Palla. idem quod supra.
Palamigra id est. palma manus.
Palami piscis. id est. lopalamodo.
Palmarū thebaicarum poma. i. dactili.
Palma christi. est species satirionis habē
tis radices quiqz coniunctas vt digiti
manus. pro qua lege chasi.
Palma silvestris vł agrestis indie ē. cui9
fructus est tamarind9. pro quo le. chasi.
Palma ē arbor dactili. & est domestica.
pro qua lege nackala.
Palea camelorum. id est. squinantum.
Palestra. id est. certamen.
Palestina. est proprium nomen loci.
Paleon. id est. ventus.
Paluiron. est herba lanaria vel cicer do=
mesticum ab aliquibus dicitur.
Paluirus: idem quod supra.
Palmosa. id est. saltuosa.
Palmos. id est. saltus mēbrorū
Palmosaro. id est. nenufar.
Palmosarch. idem.
Palmnus. i. saltus.
Palmisirich. i. testudo animalis.
Palmasiric. idem.
Pana cosriza. i. ferula agrestis.
Panadracia. i. aristologia.
Panariciū. i. apostema puum acutissimū
Panax eraclea. plāta est. vnde opopo=
nax colligitur. pro qua lege iensir.
Panax aslepij scd̄m Dyas. Est herba quā
ignoro.
Panax chiroma. id est. enula.
Panax deuia. est species titimalli.
Panace. id est. silfium.
Pantagone. id est. pulegium.
Panagos. est ferule gen9 a qua emanat
opoponacum
Pancraciū. ē herba silis stille & cetera.
Pādecta. i. totum dictum cui nichil de=
est. A pan qd̄ est totum: & decta. i. di=
ctum. a dico dicis. Inde pādecta. id est
totū dictū. quia in ea dicunt̄ oīa. Vel
pādecta dr̄ a pādo. qr̄ i ea oīa maīfestāt̄
Panis pictereus quid est. lege heuda.
Panis sincomiscos quid est. le. qd̄ supra
Panis sincamiscas. idem quod supra.
Panis silikinites. idem quod supra.
Panis semidalites quid est. le. qd̄ supra
Panis rubicundus. i. recoctus & rube=
scens: vel bis coctus.
Panis alexādrinus. idem quod supra.
Panis opirus: vel opopirus. i. mediocri=
ter se habēs inter purum & furfuraceuz
pro quo lege heuda.

Panis alcalaif.i.q̄ nō fit de grano tritici
Panis porcinus malū terre ciclamen cas
samuȝ idem.pro quo lege buthozmarien
Panis alcuric. idem quod supra.
Panis sanni. idem.
Panicum quid est.lege dochen.
Panis cuculi.i.alleluia: & est acetosi. sa=
poris.
Pandimō.ſm Oribasiū dicūt gre.q̄ñ cō=
munis egritudo in pluribus hominibus
concurrit: sicut est pestilentia
Panfilicon .i.centumnodia.
Panodracia: id est.aristologia.
Panode id est.bonū malānū.
Panos.est quedam arbor glandifera.
Panude. id est.mollea.
Panuda panariciū.& ē apā ūgule digiti
Panduruſticū.i.herba capilacea que na=
scitur in muris iuxta aquā quā ignoro.
Papauer qd ē cū suis ſpēb⁹ le.chaxchax
Vnde quādo papauer simpliciter ponit̄
album intelligitur.
Papauer cordofeſū.i.papauer ſpinoſuȝ
efficit operationē titimalli laxando ven=
trem.& est esula.
Papauer palustre.id est.nenufar.
Papirus quid est.lege burchdi.
Papilus. idem.
Papilla oculi. id est.apium aque.
Papilla. id est.vesica.
Papirella. id est.portulaca.
Papule.sunt grana minuta: vel pustule
albe q̄ nascunt̄ i facie.& alio noīe vocā=
tur furūculi qd̄ idem ē q̄ papule. Istud
vocabulū ponitur in litera lilium circa fi
nem: & in litera baranchichene.
Paragodes ē ſpēs egritudīs q̄ vocatur
formica.
Paramistrion. id est.pentadactil⁹
Paraplagia menoplagia idem.& est do=
lor capitis ex sincera frigiditate.& potiſ
sime in vna pte eius.
Paracopium.id est.debilitatio spiritus
Paraplātica.i.ɔpactiua vel glutinatiua.
Paragodes. .i.clauis corporis.
Paracensesin. id est.apertio.
Paracollectica.i.cōuiscatoria cicatricuȝ
Paralios quid est.lege xencua.
Paracollesis. .i.glutinatio.
Paragoricus.id est.mitigatiuus a para
gorizo.zas.id est.mitigo mitigas.
Paracopis. id est.insania.
Paraplīgia.i.particularis resolutio.
Para grece.latine preposicio significat a
abs.apud.de.trās.intra.sup.iuxta.secus
ꝓpe.ꝓxīe.post.pre.p̄ter.citra.vltra.ex=
tra. Parabola dr̄ gre.parauoli: significat
vt ꝓuerbiū.silitudo.ymago.forma.figu
ra rei. Nō erubescāt ergo medici a pabo=
la pabolani dici cū ceteris non medicis:
quāquā literatissimis subtilia arduaqȝ ni
si in pabolis dare intelligi non possint.
Paracētesis gre.pacēteseos gt̄ i casus est
pforatio q̄ fit in oculis ad deponenduȝ a
quā illā ɔgelatā: quā cataractā dicūt.vt
Demostenes ꝓprio cap.& etiā sic dicit̄
pforatio q̄ fit in vētre hydropicoꝝ ad a=
quā educendā.vt Theodor⁹ Priscianus
cap.de hydropisi. Paracēteriū dr̄ ferra=
mentū quo pforat̄ ocul⁹ i cataracta &
vēter hydropicoꝝ ad extrahēdū ide aquā.
Parachisis.grece est diffusio humoꝝ per
totum corpus.vt Cassius felix capitulo
de hydropisi.
Paracopin. .i.desipientia.
Parafrosion. idem.
Paralisis.i.dissolutio mēbroꝝ & laxatio
Panaricia. id est.panaricium.
Paratella. id est.lapatium.
Paradalion.i.mecon cheratides.
Pardalion. .i.miconiū agreste.
Pardalis. id est.leopardus.
Paracefalicos.id ē.posterior ps capitis
Pareplastrū. .i.parū collectiuum.
Pareplasticum. idem.
Parella quid est. lege lapatium.
Parthenico. .i.arthemisia.
Parthemion. idem.
Parthemia. id est herba vitri.
Parthemon. idem.
Parthenotides. id est.mercurialis.
Parischimia. id est.rusticule.
Paritaria vitriola.herba vitri: herba ven
ti maior alsmen.herba mini idem.pro
qua lege alsmen.
Parisima. id est.resolutio.
Parikie: id est.iuxta isofagū.
Pargios.sunt sūmitates sparagi que cō
meduntur.
Paronichia id est.apium risus.
Paros id est.sturnus auis.
Paromastica fe.i.q̄ ꝓcedit diminuendo.
Paroxismus.id est.exacerbatio. Inde pa
roxismaticum.id est.exacerbatiuum. vt i
Alexādro de frenesi.
Parno id est.plantago.
Paruinalum .i.granatum.
Paruites .i.lapis marchasita.
Pargus.id est.summitates sparagi que
comeduntur.

Parsum. id est. stuppa.
Passeres: possunt dici oēs aues minute.
Pasaron. id est. usnee.
Passarella p̄mula veris: herba palisis idē
Passen. id est. ordeum.
Pasuma. id est. alcannab
Passime. i. tortelle panis azimi bis cocte de sen. i. de terra hierusalem. quoniaʒ ibi arabes impastant eas cum aqua masticis
Pastinaca domestica & siluestris quid ē lege lezar.
Pastillum. id est. flos lupuli.
Passũ Ysidorus Dicit a patiendo. q̄a vua passa est in siccando in clibano posita. pro quo lege harim.
Passula monta. id est stafisagria.
Pastus columbarũ & camelorum. i. herba habens granũ sicut granũ mirti & ei ꝓximũ: & eam pascũt cameli: & non nocet eis: sed est venenũ vermibus Auic.
Paterison. id est. filipendula.
Paterisom idem.
Patesarch. id est. polium.
Patias. id est. lepida.
Pation & scolopon mathetion vel scolophon: grece scd̄m demostenem vocatur instrumentũ cirurgie ad faciend̄ ypopatismũ ad fluxum lacrimaꝝ. i. incisionem.
Patiros: vel patreos dactilos vocant. greci humidos pinguesq̄ȝ.
Patomilu. id est. condisi.
Patonac. id est. bdellium.
Patonach. idem.
Patanum. i. vngula caballina.
Ptarmita. id est. sternutamēta
Ptarmos. id est. sternutatio.
Placenta. i. focacia. a placeo. lege heuda.
Platanistica. sũt cibi habētes saporem a quosũ īsipidũ sic cime platani. lege cufa.
Plantago id est. arnoglossa.
Plantago aquatica. id est. barba siluana.
Plātanus. est herba sicut ellebor⁹ niger facta: vl' sic catapucia. sic appareʒ si leges ellebor⁹ & catapucia. Et ē ali⁹ plātan⁹ q̄ ē arbor & vocat dulb. ꝓ quo le. dulb.
Plantos. id est. papinus.
Platos. id est. latum.
Pagella. i. coriũ vl' pecia lata vbi ponit emplastrum.
Pladrofin. id ē. passio stomatica
Plāta leonis. herba flaura: vl' herba maura habet odorem aspalti. & est species trifolij: vel andachuche.
Platanos. est species cassielignee.
Plantanos. id est. dulb.

Platicoriasis. id est. dilatatio pupille.
Placia. id est. latum.
Platofillos. i. septima species titimalli.
Platoselmō. i. apiastꝝ. & est latũ apium
Plateos. i. arseicũ sic ptʒ. s. i. l. platocīminũ
Plasma. id est. forma. Inde cathaplasma
Platani pile. dicuntur fructus platani: & sunt bacce sicut oliue.
Platociminum: est dictum latuʒ ciminũ & est psillium montanum vel siseleos vl' siler montanũ. Platos enī ē latũ & ciminũ. Nā d̄r ciminũ rusticoꝝ. Itē a platos dicit arsenicũ plateos. i. qd̄ ī latas lamīas diuidi pōt. & homiplata. id est latũ os.
Plāta leonis quid est. lege herba flaura.
Platea. id est. vena nigra vel matrix.
Plāta noctis. id est. nascētia: & sũt pruritus aspitas & bothor pue q̄ accidũt in frigore ei q̄ pass⁹ ē desudationē cutis: & oppilatōeʒ poroꝝ & bonitatē digestiōis
Plātafilos quid est. lege xencua.
Platicorios. i. dilatatio pupille.
Plātifillos. i. tercia species titimalli.
Pratum. id est. cot.
Prassinus color. id est. viridissimus.
Prassum. id est. succi porri viriditas.
Prassium. marrubium. pro quo lege faricon. Est aliud prassiuʒ quod dicit prassiũ nigrũ: vel siluestre: vel marubiastruʒ vl' marubiũ nigrũ. ꝓ quo le. marubiastꝝ
Prasmon. id est. creta viridis.
Prassimi viride. id est. flos eris.
Prassine. id est. flos cipri.
Pramos. id est. ylex similis quercui.
Prasis. i. opatio. Inde practica. i. opatīa.
Psaros. id est. sturnus auis.
Psairos. id est. duros.
Peonia quid est. lege pinuser.
Peonar. id est. bardana.
Peucedanum quid est. lege herbatutis.
Peudac. i. siseleos.
Peucis. id est. arbor spēs pini: & ē abies.
Peucina. i. resina q̄ ex peuce fit & ē abies
Pecalon. id est. rubea tinctorum.
Pectaloydes sũt cortices tritici excorticati.
Pectala. i. squama.
Pecela. i. vlmus arbor.
Pecelasion. i. vsnee.
Pecelasiom. idem.
Pecenocontica. i. pix sicca.
Pecten. i. ps manus que est inter rascetā & digitos.
Pecia. i. frustum.
Pecis. i. folium.

Peciatos id est. brionia.
Pecola quid est lege hictan.
Pecolibrat id est. vsnee.
Pecolibrati idem.
Pecus. id est animal monstruosum quod generatur in vtero mulierum quod saler nitane mulieres vocant feram.
Pedecolar. id est. cultra que cooperit in lecto.
Pedeto idem.
Pederota. i. acanthos: & est spina cuius gummi est dragantum.
Peracentesis. grece paracenteseos genitiui casus est perforatio: que fit in oculis ad deponendum aquam illam congelatam quam cataractam dicunt: vt demostenes proprio capitulo. Et etiam sic dicitur perforatio que fit in ventre hydropicorum ad aquam educendam. vt Theodorus prisci anus capitulo de hydropisi.
Pediculus vulturis est sicut paruus pe diculus aut paruus altadan: pro quo lege altadan.
Pedicularia id est. stafisagria.
Pedicularis idem.
Pedicon. grece vocatur epilensia a pedion seu pedarion quod est puer: eo quod pueris frequenter accidit. Alexander proprio capi. Contingit autem hec passio infantibus propter quod pedicon aliqui eam vocauerunt.
Pedhia id est. puer.
Peslim id est. portulaca.
Peslimax id est. polium.
Peslimaxus id est. agrielea.
Pegar id est. vsnee.
Pegma. i. frixorium. vt in alexandro.
Pegmata vel pigmata idem.
Pelakanos id est. pellicanus.
Pelargia id est. auis ciconia.
Pelargus idem.
Pelagomos id est. cicorea.
Pelmate sunt calli qui in pedibus nascuntur
Pelemonion secundum Dyas. planta est que in nostris partibus ignoratur.
Pelecinos. est herba secundum Dyas. que ignoratur.
Pelium. id est. portulaca marina habens lac
Pelidion id est. silex arbor.
Pelichimon. id est. plumbeus color vt in theophilo.

.DLXXXV.

PElicinus secundum Dyas. herba est que nascitur in triticea segete & ordeacea cum laminis siue fibris semine plenis amaris flauis baccis similibus: nascitur cum plurimis & tenuibus ramis: folia habet pusilla: & granula in folliculis trina subrufa: & amara valde que nostro ydeomate vocatur luparia vel faba lupi. Posse eius. Dicitur conceptum necare & menstrua prouocare. hec herbus nominatur ab alexandro Gal. vi. sim. phar. cap. ydiasmum. Pellicinus siue ydiasmum: huius fruticis semen rubicundi coloris est. amarum autem & subacerbum apparet: vnde bibitum expurgat oppilationes que in visceribus. Idem enim faciunt rami totius fruticis.
Pelicicon id est. culcasia.
Pellis habet proprietatem que apparet in geldalcheb.
Pelliconia omnimorbia. idem.
Pema. id est. placenta Paulus cap. de catarro comendant enim que cum pemata
Pemagrates id est. celidonia.
Penasarch id est. cimbalaria.
Pennatosis id est. ventositas.
Pentadactilus est dictum grece. v. digitorum: & est planta quam quidam catapuciam maiorem vocant & custos orti: & ob hoc priapus qui quondam deus ortorum dicebatur: & solsequia eo quod solem vergendo aspicere videatur: & ob hoc clitropia.
Pentafilon id est. quinquefolium.
Pentafilij idem.
Pentafilen id est. agnus castus.
Pentalon id est. laureola.
Pentabrassica id est. brassica siluestris.
Penemenon id est. matrisiluia.
Penterebon id est. peonia.
Pentea id est. caulis siluestris.
Penicellus id est. spongia.
Penidie sunt ex zucaro de quibus loquemur in zucaro.
Pensilingon quid est lege l. ponsiligon.
Pendigo id est. colopus vulneris.
Peonia quid est lege pionia.
Peonasar id est. oculus bouis.
Peonasari idem.
Pepanus id est. pulmonaria.
Pepana id est. digesta.
Pepansis id est. digestio.
Peperi id est. piperata.
Pepiar id est. almea.
Pepsim. id est. digestio: & ponitur hoc nomen simpliciter pro prima digestione. in de pectica digestio. id est. recta digestio sed secunda digestio dicitur emadosis: tercia vero anadosis.

Pepsis idem.
Peptica virtus. id est. digestiua virtus: & peptica sūt vel dicuntur etiā digestionem facientia seu digestionē iuuantia.
Pepones id est. melones.

·DLXXXVI·

PEplos seu peplum: scđm quosdā est equiuocū ad illud mulierū: et ad manutergiū: & ad quoddam genus cardui: in cuius sūmitate nascunt quasi folia subtilissima: que cū quolibet īpulsu venti volant p aera: sed falso: qm̄ peplos scđm Dyas. in ꝑprio cap. Est frutex plena lacrimo albo folia minuta hñs sicut ruta sed latiora: verū oīs frutex obrotunda ē: & in terrā spansa sub quibus folijs semē est min⁹ & rotūdū & breui⁹ miconio: albo: nam multū semē habz. Radix ei⁹ inutilis ē. nascit vero ī ortis & intra vites: & a pte arearuz colligit: & in vmbra siccatur: ita vt assidue moueatur.
Gal. in li. dinamidiarū ait: ꝙ est esula & hoc videtur dicere ī li. vij. de sim. far. nam dicit pepulus quidā autem micon. i. papauer spinosū dicunt. & hic fruticul⁹ opium habet simile titimallo. Et in alijs purgādo similiter illi: pro quo lege esula
Posse. Dyas. Elixatura seminis eius accepta flegma deponit: oxifabo vno cū mulsa accepto coleram & flegma deponit: & iussellis miscet: & ventrem soluit alij in sale componunt.
Perafrenesis .i. iuxta frenesim.
Perdalichilium id est. aconitum.
Perna quid est lege margarita.
Persa .i. maiorana.
Perebenion .i. matrissiluia.
Perplexum dicit quando homo est inter duo: & nescit quod illoꝝ magis eligat.
Perrebemon idem.
Persepidam id est. lappa.
Perthemum .i. paritaria.
Perdimium .i. matrissiluia.
Peridiemon idem.
Peritineon. i. locus intra anum et pudenda: & est etiam sifach.
Peridimenum .i. matrissiluia.
Peristereon. i. columbaria vel berbena
Peri. id est. circum vel de quando pro circum: inde period⁹. id est. circulatio: quādo pro de: ide pericon noxeon nosmaton id ē. de acutis egritudinibus: & pericon keseos medicorum. i. de secretis eoruz: & periphisicon dinamon. id est. de naturalibus virtutibus.
Periplicis .i. de repletione.
Peritoreum .i. pecten.
Perichimenon .i. matrissiluia.
Periclamenon. i. pellicl'a tegēs os capitis
Periclimenos .i. matrissiluia.
Pericarpum .i. bulbus.
Pericissimos. i. cirurgie modus ad lacrimas abscindendas.
Pericitismos idem.
Pericitismon idem.
Pericraneon est membrana que ossa capitis desuper circūuoluit: superposita ossibus cutis.
Peridexeos. id est. ambidexter vel equimanus.
Perigliston .i. limositas dentium.
Perigumena. id est. causa coniuncta vel manifesta.
Periodos .i. periodus.
Peripleumonia. i. periplemonia.
Perison secundum Dyas. est quarta species strigni.
Peristerua .i. columba.
Perison .i. marrubium.
Perissosarkia: sarkiatum. id ē. superfluū carnis crementum.
Perdicalis .i. paritaria.
Perdiciados idem.
Perdition idem.
Perdicium idem.
Perdices sūt perdices magne cum pedibus rubeis.
Permo. id est. rosula que oritur in extremitatibus pedum ꝑter frigus. secunduz ꝙ dicitur si le. delien. quidam dicūt ꝙ nō est sic: quoniā Dyas. cap. cotilidon: dicit ipsā herbā valere pmonibus & rosulis. ergo non sūt idē: sꝫ prima expositio ē bona: quoniā vbi Dyas. permones & rosulas. i. permones que sunt rosule.
Perniciones chimechla.
Persica quid est lege akanech.
Persicaria: eo ꝙ folia silia psicis habeat iuxta aquā nascitur: duas habz spēs: vna in medio folio maculā fuscam habet: alia carz macula: & illa adustiua ē valde: quidam piper aque putauerunt.
Peronach .i. bardana.
Perforata .i. ypericon.
Permonaria omnibus est nota: nascitur in locis humidis sic epatica: habens figuram sicut piper longū: virtus eius est sic virtus epatice.
Personatia ī antidotario virili: ī ꝯfectōe mitridati minoris exponitur in antiquis

ſinonimis ꝙ eſt lappa maioꝛ vel bardana
Peſalachona id eſt·pes coꝛui·
Peſſariũ matrici qꝺ ano criſtere vel ſup
poſitoꝛiuꝫ: vnde matrici dicitur peſſariũ
vel naſcale vel peſſus. Paulus cap̃·de
retentione mẽſtruoꝛum Peſſus ẽ lanam
carpinatiam rotundã foꝛmam digiti acci
piens quo cõtinenẽ medicamina &c̃·
Pes coꝛuinus: quidã vnum ex lacticinijs
eſſe aſſerunt·folia eius ſunt ſimilia folijs
pſillij· Dyaſ·cap̃·de pſillio greci coꝛ-
nopodion vocant·
Pes gallinaceus·eſt planta quam Dyaſ·
daſpium vocat· Plinius vero capnos: qui
dam dicunt ꝙ eſt policaria·
Pes lepoꝛis apud quoſdam vocatur ga-
riofilata & ſanamunda·
Pes pulli ſcd̃m macrũ vocaẽ poꝛtulaca·

·DLXXXVII·

PEs columbinus vel pes colũbi ẽ
triplicis generis. Eſt vnũ genus
qꝺ vocaẽ amomũ latine & gre·ſꝫ
ara.bamenie: qꝺ ſcies ſi le·amomum Et ẽ
aliud genus habens folia rotunda et ꝑua
diuiſa magnis & ꝑuis inciſuris: ſtipites
ſubtiles & breues coloꝛis ſubrubei·habẽ
tes nodos raros: ĩ qͥbus ſunt duplicia fo
lia: & ſemina tria vel quattuoꝛ vel·v·cõ
iuncta in medio quoꝝ ẽ ſicͭ acus· Auer
rois qͥnto colliget ca·de pede colũbino
Fri·eſt ĩ·j·ſic.in·ij·Eſt aliud gen9 qꝺ vo
caẽ anagiros·de quo ait Gal'·vj·ſim·far·
cap̃.anagiros·Anagiros frutex ẽ fetidus
& acris diafoꝛetice & calefactiue ꝟtutis
attamen viridia folia ꝓpter hũiditatis
admixtionẽ minus acria: & depꝛeſſiua di
afoꝛantium ſũt· ſicca vero inciſiue & ſic
catiue vehemẽter virtutis: ſimilis autem
quodãmodo nature ẽ & coꝛtex ipſi9 ra
dicis: ſemen vero magis eſt ſubtiliũ par-
tium: ſed etiam eſt & vomitiuũ·
Pes locuſte ·i·olus iamenum·
Pes alacona id eſt·pes coꝛui·
Pes quid eſt lege baſir·
Pes milui·herba eſt que alio nomĩe pepa
nus appellatur: folia habet diuiſa ſatis et
ſubalbida cum floꝛe: & capitello oblon-
go ſicut cauda animalis·
Pes vituli: iar9: barba aaron: ſerpẽtaria
Ruta latine & grece. arabice vero radeb vel alselep. Sera. li. aggre. capi. radep autoritate Dyas. Radeb. i. ruta. & est de ea domestica & siluestris. sz siluestris est magis ca. q domestica: & magis acuta: que escis e non bona: sed domestica. & maxime illa que oritur circa arborem ficus: vel circa cucumeres est conueniens cib?. Et aliud genus rute siluestris que nascit in macedonia & i gallicia asie qua moli ciues appellant. & aliqui armola eam vocant. frutex est vna radice virgas multas habes folia latiora plus q domestica: sz mollia. & odorem grauem habentia: & flore album: & capita maiora q domestica: & i trib? partib? diuisa. huius semen obrufu & trigonum gustu amarum est. hec in antiquo tempore colligitur. cui addito melle: & vino: & felle caponis: & croco: & succo maratri caliginem oculis detergit. Posse. Gal. septimo simpliciu pharmacoz capitlo moli. Quida hmoi rutam siluestrem nominant. quidam aut armolam. Virtus aut eius subtilis est & calida scdm quartum gradum. vnde & incidit grossos humores & dyaforat: & ad vrinationem prouocat. Et idez octauo simplicium pharmacoru capitulo pigamu. Pigamu. id e. ruta. Siluestris q dem ex quarto est gradu calefacientiu & siccantiu. doestica vero ex tercio Est aut non solu acris gustu. sed etia amara quo incidere & dyaforare habet grossos & viscosos humores. propter eande autem virtutem & per vrinas euacuat. quimymo & subtiliu partiu est. & ventositatis destructiua. Et idcirco ad sputationes conuenit: & animositates que ad venerea pertinent. & dyaforat & siccat moderate. est enim de fortiter desiccantib? farmacis Serapi. autoritate Dyasco. Ruta est de rebus magis conferentibus inflationibus & ventositatibus. & ipsa extinguit libidinem coitus. vnde domestica & siluestris sunt ambe calefactiue adustiue prouocatiue vrine & mestruorum. Et quando comeditur ruta: aut bibitur stringit ventrem. Et quando sumitur in potu ex semine cuiuscunqz

quãtitas vnius caluf cum vino est medicamen conferens multuz medicinis mortiferis. Et quãdo comeduntur folia eius sola: aut cum ficubus siccis & nucib? auferunt nocumenta medicinarũ mortiferarum: et est vltima medicina contra maliciã venenorum quãdo admistratur sicut diximus. Et quãdo comeditur et bibitur ruta semper abscindit sperma. Et quando coquitur cum aneto sicco et sumitur sedat torsiones. Et quãdo administratur in hunc modum confert dolori lateris: et dolori pectoris et asmati: et tussi: et apostemati pulmonis: et sciatice: et dolori iuncturarum: et rigoribus. Et quando coquitur in oleo et ponitur in cristeribus confert inflationi matricis: et inflationibus et doloribus recti intestini. Et quando teritur & conficitur cum melle et linitur supra collum matricis confert dolori eius et suffocationi matricis. Et quando coquitur in oleo et bibitur occidit: et expellit lumbricos: et conficitur cum melle et fit emplastrũ dolori iuncturaruz: et dolori ex concussione. Et fit emplastrum cum ea et ficub? hydropisi carnose. Et quando coquitur cũ vino vsqz ad consumptionem medietatis vini & bibitur. confert speciei humide hydropisis Et quando comeditur sola sicut est aut sallita acuit visum. Et quando fit emplastrum cum ea cum sanich super oculum sedat dolorem eius. Et quando terit̃ & miscetur cum aceto & oleo rosarum. & fit linitio cum eo sedat dolorem capitis. Et quando intromittitur in naribus ipa aut succus eius abscindit fluxum sanguinis ab eis. Et quando admiscetur cum nitro & fricatur inde morfea alba aufert eam. Et quando fit emplastrum cum ea cum melle & albumine super empetigiez confert ei. Et quando succus rute calefit in cortice granati: & distillatur in aurem confert dolori eius. & miscetur cum succo feniculi & melle: & fit collirium cum eo: & confert dolori visus. Et quando miscetur cuz aceto & oleo rosarũ: & cõficit̃ cum cerusa: & fit linimentũ cum ea confert herisipile & formice & vlceribus capitis humidis. Et ruta quãdo masticatur post comestionem ceparuz & alliorum aufert fetorem illorum. Rutaz venenis resistere mustele docent. que quando cuz serpentib? dimicature sunt cibo eius armant̃. Docuit etiã rex ponticus qui cum fratris sui timeret insidias: rute folia cũ duab? nucibus & totidẽ caricis admixto sale ieiunus acceperat. Agrestis si sumatur nimis de ipa occidit. Et quando ipa colligit̃ maxime cum inceperit apparere flos. si carnem tetigerit vlcerat & facit inflare cũ pruritu. quare oportz q̃ vult eã colligere. q vngat manus & faciem cum oleo rosaz. Et extimauerunt quidam. q si succus eius aspergatur sup pullos gallinarum non comedit eos miluus. Et putant quidam q illa que nascitur in macedonia prope fluuium qui dicitur archimon: quando comeditur occidit. Et loca in quibus nascitur sunt loca serpentum plena. Sed semen eius quando bibitur cõfert doloribus intrinsecis. & ipm ingreditur in confectionibus medicinarum et est iuuatiuũ. Et idez autoritate Rufi. Ruta domestica est medicina maxima iuuatiua intestinis interioribus: & confert visui. & gummi eius est ca. in fine tercij gradus. sic. in tercio. curat vlcera oculi quando puluerizatur super ea. & cõfert scrofulis q̃ fiũt in gutture & subascell'.

Rutela. est genus arance. & vocatur tarantula.

Rutesicar .i. nasturciũ.

Rutinor. .i. abrotanũ.

Rutib. est quod facit stare sicut stat homo cum erat tenens faciem suam & ventrem super terram.

DCXIII.

Rhule arabice. latine ren Sera libro aggre. capitulo. Rhule autoritate Galieni. Renes sani sũt ex piscibus illis qui stinci dicuntur. Et quidam deferuntur ex babilonia. & quidam ex india. Et ex eis sunt qui generantur i mari cozũ. Et ex eis sũt qui reperiũtur in regione lodie: & sunt species stellionis aquatici. & ipsi quidem desiccant̃ in tempore autumni. Dyascorides. Stincus animal est qd̃ & in india repit̃ quadrupes simile lacerte. & multo mai? & longius & ventosius: aptum ad venereos actus. sed in nostris partib? habet̃ eque paruulos sicut sunt lacerte nouiter orte: & in aqua sunt degentia Posse. Sera. Quando sumitur in potu ex eo qd̃ est iuxta renes stinci: incitat fortiter libidinẽ. Et hec medicĩa igredit̃ i ↄfectionib? ad excitandum desiderium coitus. Et idem autoritate Alcanzi. Si bibitur ex renibus ipsis solum facit erectionem

nimiā virge adeo ꝙ oportet fieri medici nam extinguētē ipsū: est calide cōplexionis: & auget sperma & libidinē. Et melior ex hoc pisce est ille qui est maior & piguior Dyas. Faciūt ad venereos vsus caro eius vno ciato potetur. Nā si plus sumatur neruos ledit. Paulus capi. de stinco. ca. cōplexionis est & hu. i. iij.



Abates est nota gaudij
Sabat. id est. salsa que fit cū aceto.
Sabar. id est. aloe.
Sabasa. id ē. cocule que a sancto iacobo apportantur: postꝙ exterior cortex fricando ablatus fuerit: & margarite similanē
Sabanum. i. panniculi qui sunt intra grana granati. vel bombicinus pannus
Sabagit. i. cibarium cū iure vel salsamenta liquida in quibus tingitur aliquid vt caro vel aliud.
Sabauri. .i. subtilis.
Sabacen. .i. nabach.
Sabran. .i. esula.
Saber. .i. aloes.
Saberemi .i. esula.
Sabel vel sebel. i. caro rubea crescens super albedinē oculorum ex venis cōtexta ad modū rhetis: & palpebra inuersatur & fit rubea & aspera.
Sabolenegi. .i. emathites.
Sabdenegum idem quod supra.
Sabibonilchimi. i. bona succositas anteꝙ sanguis fiat.

DCXIIII.



Abon. i. formicariū. latine sapo. Sapo fit ex forti lixiuio & quacunq; pinguedine: cuius multe sunt species. Est em̄ spataréticus qui dicitur eo ꝙ incidit vt spata. & iste vocatur iudaicus quo iudei lauāt sericū. Et ē alius gallicus: & alius muscatus: & alius mollis & niger. & vocatur spatarentus Sera. li. aggre. capitulo sabon aut. Pauli. Virtus eius est que abstergit & purificat & est ca. & vlcerat corpus: & est fortis in hoc. & est bonū ad maturandum apostemata dura: & ad tollendū saniem: & ad mollificandum apostemata dura. Et idem autoritate Rasis. est ca. & vlcerat corpus: & est fortis in hac operatione.
Sabor. .i. aloes.
Sabot. est nomen cuiusdā piscis. & est spmula.

Sabonion. .i. spelta.
Sacamine. .i. mora celsi.
Sacadulion. est portulaca siluestris laxatiua & lacticiniosa.
Sacach. est rosa rubea vehementer.
Saccaron. est mel in arundibus collectū candidū: dentibus fragile: ad auellane magnitudinem. & est zucharū aster.
Saccara. idem quod supra.
Sachabachabemenon. i. flos papaueris.
Sachabic. est flos papaueris albi.

DCXV.



Achabenz arabice. grece & latine serapinum. Sera. libro aggregat. capitulo sachabeng siue sachabenigi autoritate Dyas. Est gūmi cuiusdam plante similis galbano in figura sua: & ē vna ex speciebus ferule. sic apparz ī lrā ferula. Melius aūt ex eo ē clarz exterius rubeū: & iterius albū. Odor eius ē inter odorem asse & odorem galbani.
Posse. Sera. autoritate Dyas. Confert dolori pectoris & attritioni lacertorum: & tussi antique: & aufert superfluitates grossas que sunt in pulmone: & curat epilenticos & spasmum cum facit declinare caput ad posteriora: & valet dolori splenis & paralisi: & illi qui amisit sensum & motum alicuius membri causa frigiditatis q̄ accidit neruis: & custodit corpus a frigore. maxime vero a frigore febrium periodicarz. & fit cū eo inūctio in doloribus magnis: & confert. Et quādo bibitur cum ydromelle prouocat mēstrua: & interficit fetum. Et quando bibitur cum vino confert morsibus venenatis Et quando odoratur confert suffocationi matricis. Et quando linitur cum aceto super cicatrices attenuat eas. & ipsum abstergit vestigia vlcerū oculorum: & confert obscuritati visus: & aque que descendit ad oculū & prohibet eā. et dissoluitur sicut dissoluitur aq̄ cū amigdalis amaris vt ruta aut pane calido et sic administratur ad ea que diximus. et est cōtrariuz venenis mortiferis. et aliquando teritur cum aceto et linitur super ordeolum et aufert ipsum: et confert colice. Et quādo sumitur in potu: aut fit cum eo cristere purgat flegma grossum quod est in iuncturis: et mollit ventrem mollificatione cōpetēti: et cōfert emorroydibus qn̄ sumitur simplex aut cōpositū: et ē cōueniēs medicinis laxatiuis acutis: et expellit ventositates grossas: et dissoluit lapidē. et cōfert

rigoribus febrium: & auget sperma: & ē bonum epati: & purgat aquam citrinam & confert pūcturis scorpionis: & ꝯfert ventositatib⁹ intestinorum & costarum & purgat flegma viscosum. & dosis eius simplicis est a.ʒ.j. vsqȝ ad aureū.j. infusi aliqua decoctione: aut in aqua rute: aut aq̄ mellis: aut fenugreci. Et si admiscet̄ cum alijs medicinis infrigidatur. & sic dosis eius est a.ʒ.s. vsqȝ ad ʒ.j. Et meli⁹ est illud cui⁹ color declinat ad rubedinē & est clarum habens odorem bonum: & acutum saporem: & confert doloribus emorroydarum quando bibitur simplex aut compositum: & est conueniens admi nistrari cum medicinis laxatiuis: & pro hibet difficultatem aut grauedinem eaꝝ super naturam: & resoluit ventositates grossas que generant̄ i corpore Gal. viij. sim. phar. capitulo de serpino. Se rapium. id est. serapinum opos est ca. & subtilium partiuȝ similiter alijs opis. ha bet autē & quid abstersiuū quo & cica trices que ī oculis expurgat & subtiliat quinymo suffusionib⁹ propter grossiciē humorum fientibus bonum ē farmacum Ipsa vero planta ex qua fit ferule similis existens debilis & inutilis est. nomīatur autem principalius illa serapinuȝ. Opos eni eius ab vrentibus nominatur ita sicut & alia multa propter defectuȝ vocabu li nominanus abusiue. melius erit ipsum non serapinum. sed opos serapini dicere

Paulus capitulo de serapino calida ē & sicca ī tercio gradu. & ipsū dissolutū ī succo rute frangit lapidem: & facit vri nare. & fit collirium contra pannū ocu lorum: & confert obscuritati visus & a que descendenti ad oculum. Cuius rece ptio est hec. Recipe serapini.ʒ.j. dissolua tur in.ʒ.j. succi celidonie. zuchari.ʒ.ij. & distellet̄ cū lacte mulieris ana. eq̄liter.

Sachasi. .i. filix.

Sacharch. .i. papauer nigrū. cuius flos est rubeus totus.

Sacra herba. .i. berbena:

Sacer ignis. .i. iguis persicus.

Sacceatū. id est. vinū ex fece saccis exp̄ssum.

Sacheifacirosa .i. spica.

Sacilio. .i. affodillus.

Sachilio idem quod supra.

Sachilie lūcenea. id ē. rosa regis. & alio nomīe vocatur chiscebeniū.

Sachidalion. .i. affodillus.

DCXVI.

Rachiliemenie arabice. grece bli toci: vel bliton: vel olus iamenū vel olus coxilides. latine vero beta agrestis: vel blitis Sera. libro ag gre. capitlo sachiliemenie: siue sachalaia mena autoritate Gal. Sachiliemenie. id ē olus iamenum omnibus notum. Virt⁹ ei⁹ est frigida & humida in secundo gradu.

Posse. Sera. autoritate Dyas. Herba ipsa comeditur & mollit ventrē. & non est omnino virtus in ea ex rebus medici nalibus: & habet in se aqueitatē multā plus ꝙ omīa alia olera. Et quando fit em plastrū cū ea super apostemata ca. ꝯfert & sedat sitim & tussim que fiunt a calidi tate. Et ipm̄ est pauci nutrimenti quādo comeditur: & tarde penetrationis. Et idem autoritate Ysaac. Quando fit em plastrum cum radice ipsius confert vlce ribus que dicuntur faui a quib⁹ emanat humiditas similis melli. Et idem autori tate Habyx est fri. & hu. in secundo. Hu miditas eius est amplior ꝙ humiditas la ctuce & cucurbite. & substantia ei⁹ est aquosa non habens in se grossiciem. quia cito descendit & mollit ventrē. & ideo modice redditur nutrimentū ex ipso. Et exprimitur succus foliorum & miscetur cū oleo rosarū: & confert dolori capitis qui accidit a calore solis. Et quādo coq̄ tur herba ipsa & proijcitur super ipam oleum amigdalarū: & succus maloꝝ gra natoꝝ dulciū. ꝯfert tussi sicce que est cū caliditate & aspitate pectoris Dyas. Blitis fri. est & hu. nimis relaxat: & co mestus ventrē mollit. eustomach⁹ est et indigestibilis hūidi corpis meticamibus nō facit. natura ei⁹ sine acrimonia visa ē ventrē vsqȝ ad colerā plerūqȝ conturbat Et idē autoritate Hippo. precipit ad sistē da nimia menstrua feminarū in cibo dan dum. clauos. i. porros pedū imposito co liniri & compriini credunt. Succus eius ex vino dat⁹ vtiliter scorpionū venenis resistit. quibus etiā putant ipsum tritum & impositū plagis mederi.

Sachilie. .i. affodillus.

Saclinotus. .i. pulegiū.

Sachilic būcena .i. rosa regis. & alio no mine vocatur sabachiscelnenā.

Saclinabiam. .i. abrotanū.

Saclinopus. idem quod supra

Sacholochadea. est nomē cuiusdam ver mis habentis quattuordeci pedes.

Sacholomas·id est·stolimas: pro quo lege literam cardus siluestris·
Sacholamos· idem·
Saccon·id est·prima species calcanti·
Sachubi fandaricon·id est·scolopedria
Saculon fandericon·idem quod supra
Sacundulion·est portulaca siluestris q est laxatiua valde·
Sacudeum· id est·allium agreste
Saccupalea quid est·lege l·cinosbatus·
Sadaf· id est·coclea marina
Sadafa·i·qd fit de cocleis q apportantur de sancto iacobo postq exterior cortex fricado ablat? fuerit: & sil'ane margarite

DCXVII·

Sadaram saderna· Sera·libro aggre·cap·Sadaram: & est dictum in lingua persica nigrum cadaka: & est res nigra cum q tingūtur ligna in chaaman·& est herba vel succus magne nigredinis: ingrediens in medicinis odoriferis & zebara·& est algalia habens odorem bonum: & ingreditur i medicinis ad multa hmōi·est fri·& sic·i·iij·gradu·Et idē aut·Aben mesuay·Est fri·& sic·i·iij·gradu & stipticū phibet sanguinis fluxū: & confert casui capillorum
Sadar·id est·agrifolium·cuius fructus dicitur nabach·
Sadage· id est·folium·
Sades quid est·lege literam ostracorum
Saderna· id est·nigrum·
Sadenig· id est·pulegium·
Sadenigi· id est·ematites·
Saderna· id est·sadaram·
Sabeb id est·ruta·
Sadurum· id est·scotomia·
Sadurief· id est·amomum·
Saduriar· idem quod supra
Safati· id est·pustule faciei·
Safas est illud quasi stannum quod remanet quādo efficitur cerusa & ei? subtile ē cerusa virtutes ei? sunt in affideos·
Safan· id est·album·
Safara· id est·abrotanum·
Safar· id est·gariofilus·
Sefarum·id est·oleū i quo ē īfusū ferruz
Saffaf· id est·salix·
Saferetrum· id est·basilicon·
Safer· id est·subet·
Safena ē vena que est sub cauilla pedis·
Sagapinum· id est·serapinum·
Sagaos· id est·nitrum·
Sagarion· id est·abrotanum·
Saginatus· id est·pinguis·
Sagimen· id est·berbena
Sagi· id est·panicum·
Sagonu· id est·agnus castus·
Saginon idem quod supra·
Sagofilon· id est·millefolium·
Saguasara· id est·abrotanum
Saguar· id est·alumen·
Saguari· idem quod supra·
Saba·est species consolide·
Sabara subez·vel subezia·id est·vigilatio dormitatiua·
Sabade· id est·sapurios·
Sabasa· id est·morbillus·
Sabati· id est·album·
Sabanicus·est genus cibarij·& ē oposita
Sabati scelneman·id est·rosa regis·

DCXVIII·

Sabanc arabice·grece tymbra·latine saturegia· Sera·libro aggre·capitulo sabanc autorita te Dyas·Sabanc siue Sabater est planta omnibus nota·Nascitur in locis saxosis & asperis·& est similis thimo·nisi q2 folia eius sunt maiora & molliora: & habz spicā plenā floribus: quorum color tendit ad citrinitatem & viriditatē·Et virtus eius est sicut virtus thimi·& admini stratur sicut thimus: & est ca·& sic·i qr to gradu: & ponitur in cibis· & quedaz ex eis sumitur in ortis: & est debilioris operationis q alia·& ipsa est magis conueniens in cibis·quoniā acuitas eius est magis remissa· Posse·Sera·Virtus tymbre est calefactiua multum & desiccatiua: & resolutiua: & prouocat vrinaz & menstrua: & expellit fetuz: & facit excreare supfluitates a pectore·Et idem aut·Aben mesuay Saturegia ē ca·& sic·in tercio gradu & magis agrestis·& proprietas ei? est q expellit superfluitates que sunt in stomacho: & prouocat menstrua: & acuit visum debilitatū ab humiditate·& ideo comeditur in hoc casu cuz rafano & bederaos: & cōfert dolori sciatice quādo fit emplastrū cum ea cum frumēto trito: & agrestis fortior ē dōestica
Sabaphach scdm Auic·est de summa bothor vlceratorz·& dicit saphati incipiēs est bothor prouexieleuf diuise medicatione locorum·deinde vlceratur vlceribus crustosis & sunt ad rubedinem declines & quādo mittunt virus nominatur serc gi sabafan·Aliqui dicunt q sabapha sūt macule rubee q sūt i facie cū pustul' puis
Sabafad· idem quod supra·

Sabasari idem quod supra
Sabalide idem quod supra.
Sabic est interfector patris sui: & est sa tirion.
Sabik. id est rosa rubea vehementer.
Sachasules id ē. apostemata cerebri
Sachaik alnectā. i. flores papaueris rufi & est similiter panniculus accidēs oculo ex inflatione venarum eius apparentiū in superficie coniunctiue & cornee.
Salkaich elnemē idem quod supra.
Salalistes id est. lapis.

DCXIX.

Salamonica ē herba secūdū Auicennā li. ij. in proprio capitulo. q̄ iuenitur in montibus hyspanie similis aneto humido: & folia eius sunt sicut malua: & poma eius sunt parua: & inuoluitur super arborem sicut volubilis. vulgus enim extimat quod ex eo fit sal armoniacū. ē resolutia & exsiccatiua. ofert posita cū aceto sup herisipilam. & linitur sup apāta flatica & sup vlcera ambulatiua: & linitur super podagrā & cōfert ei supponit̄ cū oleo ro. ad dolorez matricis & linit̄ sup morsicatōem scorpionis
Salchzubaret id est. spoliū serpentis.
Salmacina id est salsa.
Salsa. id est. argilla vel creta noua.
Salethea id est. cassialignea.
Saleghea idem quod supra.
Salen id est. sanguis draconis.
Sale id est. auena.
Saleremi id est. esula.
Salmentana id est. platocimınum.
Saler id est. aloes.
Salis equina id est. cauda equina.
Salix quid est lege literā chulef.
Saliunca. i. spica romana. genus herbe q̄ radiculas & folia subrufa habz: & flores similes viole plurimos: q̄ a terra refossa in modum scopulorū constringitur. Nascitur autem in lapidosis locis sūmis: & in norica regione. Illa vocata est optima q̄ ē odorifera & sine sablone: & recens plurimos ramos & radices habēs. post eandē que & spica celtica quāuis infirmior sit Dyas. Quidā mentiētes dicūt ipsam esse spicam celticā: & pro ea ipsam vendunt
Saliola id est. centaurea.
Saliua Paulus in proprio cap. Fortis operationis est illa q̄ ē famelici hoīs & ieiuni: & proprie cuius cōplexio est ca. vsqz ad emperigmē: & cōfert palpitatōi palpebre & albuginı: & interficit venena omnia.

Saluede id est. rubeus.
Saluicula id est. centaurea.
Salpinga. id est. fistula qua sugitur aliquid existens in aure.
Saluia vsualis quid est. le. elilfagus.
Saluia romana idem quod supra.
Salorbia quid est lege bachille.
Saloca id est. cassialignea.
Sal costum id est. sal gemma.
Salmozan id est. piretrum.
Salu id est pastinaca.
Salustran id est. bdellium.
Salmuria quid est lege garus.
Salsugerum id est. almuri.
Sal quid est lege malk.
Sal metallinus id est. sal gemma.
Sal alkali vel alkal fit ī hunc modum: accipe de herba kali. que alio nomīe vocat̄ vsnen & fac in terra foueam magnam & iple foueam ex herba illa dum est recens & accende ignem in ea: & quando erit illa herba combusta: pone de alia sup eam & fac ita: donec fouea erit plena ex illa herba bene cōbusta: & dimitte extingui ignem et īfrigidari cinerē. deinde detege sub cinere fouee: quia tu inuenies salē nigrum petrificatum vel coagulatum in magno globo in fundo fouee.
Sal capadocium. id est. sal vsualis.
Sal anderene. i. sal alexandrinū vel lucidū & est sal nitrum.
Sal taculum debet dici sal coculum: & ē sal cōbustum: pro quo lege malk.
Sal armoniacū dicit̄ quia ī armeīa repitur quod dicunt quidā ex herba fieri licet falso: & quid est & quomō fit le. nusador.
Sal tragesicū. illud nō habemus vt ī alexandro.
Sal petisū ē fuligo nata ī tectis balneorum
Sal nafricus est sal nigrum.
Sal masse est sal vsualis.
Sal lucidum id est. sal nitrum.
Sal gēma dicitur: quia clarum est vt gēma & est vena terre: & ē ca. & sic. & habet effectum salis armoniaci. fit ex eo suppositorium.
Sal nitrum & baurach. i. affronitrum: & quoddā est naturale: & quoddā artificiale. vt apparet si le. baurach.
Sal mineralis ē species salis que reperit̄ in mineris montiū: cuius virtus est satis corrosiua & desiccatiua: quod inuenies si le. malk.
Sal arsenicum. id est. arsenicū sublimatū
Sal panis. id est. vsualis: pro quo le. malk.

Sal indus est in colore salis & dulcedine
mellis· vt Auicenna quarto canone fen
prima de asperitate lingue: & est zucaruz
qđ inuenitur coagulatum super cannam
mellis in india sicut sal: loco eius ponun
tur candi: lege zucarū·
Sal taberzet ·i· sal gēma: illud vocabulū
ponit Auic· iij. canone cap· de cura reten
tionis vrine·
Sal sodome quid est le· malk·
Sal aebroch ·i· sal alchimistarum·
Sal sacerdotale est quedā ǫpositio: sicut
ponit in antidotario virili·
Samatalarabi ·i· gūmi·
Samada ·i· simia·
Samedar ·i· embotum·
Sanabar est spēs pini·
Sanamunda ·i· gariofilata·
Sanarion ·i· afrodillus·
Sanbac ·i· sambacus·
Sathanati est fructus arboris sidre·
Sandaraca quid est le· sandaros·
Sandarx est spēs tribuli: & similiter que
dā regio sic nominata·
Sandachias ē herba que vocat testiculus
vulpis·

·DCXX·

Sandaros vel baratin vl' gressa vel
sandaraca ara· grece gium; latine
vernix· Sera· libro aggre· cap·
Sandros ·i· vernix: & est gūmi· ca· & sic·
cōplexionis ē in secundo gradu. Et idem
autoritate Abix Ca· est & sic· s; caliditas
est pauca. est enim simile karabe sed non
ita durum: & in eo parū est amaritudis
& affertur a terris christianoꝝ· Paul9
cap· de vernice· Vernix est gūmi cuiusdā
arboris que in christianoꝝ ptibus nascit
que arbor iuniperus vocatur· vnde ab ea
tempore estiuo quedā gummositas egre
ditur que actione caloris exiccatur & in
duratur: & dicitur vernix· que cum col
ligitur est albi coloris: & cum antiquat
est subcitrini: & cum pl9 antiquatur est
subrufi coloris: quecunq; sit dummō sit
lucida & clara eligēda est· Et dicitur eti
am vernix quoddā quod ǫficitur ex oleo
seminis lini & vernice: & inde illiniunt
vel consolidantur colores picturarum:
habet autem vernix virtutē conglutinā
di ex viscositate sua: & clarificādi: & cō
seruandi quod satis patz· Nam pictores
supra alios colores ponunt vt lucescant
& alios colores conseruet· Possedo·
Vernix autē qđ est gūmi absq; cōfectōe
valet contra fluxum sāguinis ex naribus
si puluis eius confectus cū albumie oui
temporibus & fronti superponat: cōtra
vomitum colericum fiat ex puluere eius
emplastrum & olibano & albumine oui
& stomacho superponatur· Idem etiam
fiat contra disinteriam addito aceto &
superponatur pectini: puluis etiam eius
in ouo sorbili datus valet cōtra vomitū
colericum & disinteriā: valet etiā puluis
cōtra interiorem & exteriorem solutōez
Sera· predicto li· & cap· Vernix ǫfert
catarro quando fit fumigatio cum ea: &
desiccat vlcera: & abscindit sanguinem
menstruum· Et idem autoritate Bedigo
ras· de proprietate eius est conferre ca
tarro & desiccat fistulas: & ē sicca & ca
lida i secūdo gradu: euellit supfluitates
flegmaticas que sunt in stomacho & inte
stinis: & occidit lumbricos et ascarides
et confert fluxibilitati neruorum que ac
cidit a frigiditate et humiditate et reple
tione· Et idem autoritate Abix· Quādo
fit suffumigatio cum eo confert catarro
capitis: et quando pulueriʒatur super vl
cera desiccat ea· Et idem autoritate Ata
bari· Sandaraca est similis karabe in vir
tute sua: et confert fumigatio eius corize
et desiccat fistulas: et confert sputo san
guinis et emoroidibus. et est gummi ci
trini coloris simile karabe: sed non ita
duruz sicut karabe: et est in eo parū ama
ritudinis: et affertur a terris christianoꝝ
et virtus eius est similis virtuti karabe·
Et quādo fit cum ea fumigatio confert
fistulis: et quādo accipitur ex sandaraca
et oleo ro· et linitur cum eo: confert scis
suris que fiunt in membris et manibus
et pedibus: et si non inuenis pone loco
eius pondus tercie partis plus pondere
ipsius de karabe: quod dixit Galien9 esse
gummi haur romane· Vbi sciēdū ꝙ illud
vocabulum sandaraca aliter intelligitur
in libris arabū: et aliter in libris grecoꝝ.
nam arabes pro sandaraca intelligūt ver
nicem sicut dictum iā est: sed greci pro
sandaraca intelligunt quendam lapidem
rubeum ignei coloris· vnde Plinius san
daraca affertur a ponto et capadocia: et
sicilia: et est lapis ignei coloris Dyas·
cap· de sandaraca· In eisdem locis nascit
vbi auripigmentū· hoc idem dicit Dyas·
cap: de arsenico: et dicit ꝙ eligenda est
sandaraca que est colore rufa valde: et
facile teribilis: et crepula: mūda: colorez

habēs cinnabari & odorē sulfuris: vtus est ei similis arsenico: vnde ē caustice virtutis & tiaforetice & stiptice: resine mixta allopitias curat. cum pice vngues leprosos excludit: oris vulnera & narium curat. omnes pustulas cum oleo purgat oleo mixta pediculos curat: pustulas cuz adipe mixta mundat: condilomata ani compescit: empicis cuz melle & vino vtiliter datur: fumigio tussim prohibet maxime resine mixta: fumus ore acceptus vocem limpidat. cum melle accepta sicut electuarium asmaticis medicatur siue voci obtuse cuz resina vt catapucia accepta Ysaac in viatico similiter sequitur modum grecorum. sicut cap. de dentibus putridis: & cap. de morfea. Similiter Galienus in antidotario minori i antidoto illo qd incipit medicamen ad polipū narīū.

Sandarachia ·i· sandaraca·

Sandare suotí ·i· timiama fusile·

DCXXI·

SAndal arabice: grece & latie sandalum. Sera. libro aggre. cap Sandali. id est. sandalum deferē ex siri: & est album & rufum & citrinū. est fri. in tercio. sicca in secundo. Et melius ex sandalo est citrinum pingue: post citrinum rubeum: & est magis siccum citrino & post ipsum album. Et idem autoritate Albugerig. Album est fri. & siccū in tercio gradu: sed citrinum et ru. sunt fri. in tercio & sicca i secundo Posse. Serap. autoritate Aben mesuay. Cōfert dolori stomachi & epatis ex colera ru. & rubeum est frigidius albo & citrino: & est magis iuuatiuum. Nam ipsum prohibet fluxum humorum ad membra: & ē sicut fausel in frigiditate & siccitate: & fortificat gingiuas & stomachuz. Et idē autoritate Aben mesuay. Confert cardiace cum fe. quando linitur cum eis super cor. Et idem autoritate Ysaac benaran. Conueniunt calefactis: & conferunt debilitati stomachi: & cardiace que accidit a colera quando teruntur: & miscentur cum aqua ro. & applicantur exterius: & quando cōficiuntur cum aqua ro. & pauca camfora & liniuntur inde tempora cōfert dolore que fit a caliditate: & quando miscetur cum vna quātitate sandali albi media quantitas sarcocolle: et conficitur cum albumine oui: & ponitur super tempora: & confert dolore colerice: & prohibz descensum catarri ad oculum: & linitur cum eo in balneo: & prohibet ardorem psilotri: & sandalum rubeum est frigidi? albo: & quando miscetur cum succo solatri aut semperuiue aut portulace aut lenticule aque: confert podagre ca. & apostematibus: & prohibet humores ab illis membris: & melius ex sandalo est citrinum pingue: & post citrinum rubeum: & est magis siccum citrino: postea albū. Et idem autoritate Albugerig: Albuz est fri. in tercio gradu: teritur & resoluitur cum aqua ro. & i catarris ca. ponitur in fronte et in stomachis calidis et infrigidat ea: et confert fe. ca. et birsen et stomachi debilitati: sed citrini et rubei sunt fri. in tercio sic. in secūdo: non habētes stipticitatē neqz ponticitatē rosarū: et quādo dissoluuntur i aqua ro. et ponunē supra stomachū conferūt fe. acutis et debilitati stomachi et dolore que fit a caliditate. Et idem auto. Atabari. Rubeum est frigiti? albo: et liniuntur cū eo apata ca.

Sanamen ·i· abrotanū·

Sanchanachi. id ē. quidā fruct? arboris siore.

Sandras est regio quedā.

Sanmagentoram. i. gūmi abietis.

Sane ·i· tumores qui fiūt cito et cito recedunt.

Sandax est herba de qua tingitur blau? color.

·DCXXII·

SAnich ara. latine piscis. Auiē. libro scdo cap. de piscibus meliores pisces sunt illi qui non sunt magni valde et qui non habent carnem duram neqz siccam: et in quibus non est pinguedo multa neqz mucillago: in qbus non est malus sapor neqz odor: et quorū sapor est suauis sunt cōuenientes: et qui sūt pingues nō supfluam habētes pinguedinem neqz grossam neqz vt sepum: et illi quibus non cito aduenit fetor: et illi qui sunt minores: et eligitur ex piscibus duram carnem habentibus ille: qui est minor: et ex habentibus mollem carnem ille qui est maior et de illis qui habent fluxam carnem: fallit? melior est eo qui est recens. In locis autem in quibus morantur electio: quoniam illi qui morantur in locis petrosis meliores sunt. deinde in arenosis. et eliguntur in aquis dulcibus currentibus in quibus non sunt sordes: et non sunt limose. neqz lacunales. neqz campestres: et non sunt de lacunis puis

piscis

nota

que flumina non bibunt & in quibus nō sunt fontes· Et pisces quidē marini sūt laudabiliores & sbtiliores: & melior species est illorum qui non sunt nisi in mari & pelagini: & qui moranť ī aq̄s discoopertis flatui ventorum sup se sunt meliores illis qui sunt ecōtrario: et illi qui moranť in aquis multarum agitationum: quia vehementiori indigent exercitio q̄ illi qui habitant in aquis stantibus. Et pisces quidem marini sunt optimi potissime cū ipsorum habitatio est in litoribus petrosis & arenosis & pelagini & plurimi exercitij ·secundum autem cibum illi qui cibantur herbis bonis & radicibus plantarum sunt meliores eis q̄ comedunt sordes que pijciuntur ad loca in ciuitatibus infusionum: & radices herbarū: aut plantarum malarum q̄uis sint in vltimo boni saporis· Modus autem melior in quo pisces cōmeduntur est illorum qui sunt assati super testam; frixi vero sunt cōuenientes habentibus fortem stomachum & assati quidē sunt nutribiliores: & tardioris digestionis: & elixati sunt econtrario· Et melior eorū decoctio est vt decoquať aqua donec ferueat: deinde proijciantur in ea· Salliti autem illi sunt meliores qui sunt recentes: et qui sunt conditi cum aceto & cum rebus condientibus cibaria: & aque quidem in quibus elixanť hi pisces sunt vehemētis mundificatōis & ponuntur in cristeribus exiccatiuis · Omnis piscis est fri· & hu. verum quidā pisces sunt calidiores per comparationē ad complexionem aliorū pisciū· Et salliti quidem sunt ca· & sic. & quanto plus antiquantur tanto plus illa cōplexio augmētatur: & aqua eorū similis est almuri vnde qui sunt recentes generant flegma viscosum: & mollificāt neruos: & nō sūt cōuenientes nisi stomacho calido valde Aqua pisciū sallitorū cristerizata cōfert dolori anche valde. Gali· ī amforismo illo Forū qui nutriunt ait pisces petrosi & de aqua clara subtiles chimos sunt generātes & velociter nutriūt: sed cito dissoluuntur· Et in libro dinamidiarū cap̄· de generantib9 supfluitates· Generātes supfluitates sunt pisces fluuiales & stagnei· & in limosa aqua degētes & de mari omnes pelagici.& coclee qui hu·melancolicum generāt: & de eis sunt quidā q̄ multum nutriunt vt molachia omnia.scʒ pulpi sipie vligines & similia· Et idem ī eodem libro cap̄· de his que multū nutriunt: & de his que parum nutriūt· Et idē in eodem libro cap̄· de euchimis & cachochimis· Pisces euchimi sunt mediocriter omnes squamosi preter eos qui ī paludibus & stagnis ac fluuijs limosis & turbidis degūt· odore vo & sapore cognoscendi sūt: pisces etenim grauiter olētes & insuaues: & nauseam concitantes sunt quicunq; degunt ī aqua putrida & mala similiter sūt cacochimi dracones marini delfini gallicorai carnu orfij scorsij grongi glaci trachuri murene frangi: et omnia alia pelagia cacochima· Et idem eodem libro cap̄· de dispectis· Sunt enī dispecta id ē· dure digestibilia oīa ostrea: pagure cancri: corani pulpi sipie & vligines. et omnia que vocantur molachia. Sera· libro aggre· cap̄· Sanich· Aqua pisciū salsorum cōfert vlceribus putridis sicut almuri. similiter dolori et vlceribus intestinorum quādo cum ea fit cristere· et hoc ideo: q2 attrahit humores qui sunt ī scia· et lauat intestina: et desiccat vlcera q̄ sūt in eis: et illa qua medici plus vtuntur ē aqua anguille salse et piscium salsorum· Caro piscis balene que dicitur kesam confert administrata morsui tyri· Rabi moyses capi· de piscibus· Pisces petrosi generant bonū sanguinē· Mesue cap̄· de asmate oua turchi conferunt asmati: et oppilationi pectoris et pulmonis· Est alius piscis secundum Auicennam et Serapionem remouens dolorē capitis: quē scies si leges fead· Auic̄· Draco marinus si scindať et ponať supra morsū suū confert· De cancro inuenies si le· sarcan· De sipia inuenies si le· sipia.

Sandicum est cōfectio que ī dinamidijs Gali· habetur· et est confectio alfasiricon sicut patet si le. siricon: sed quādo nō ponitur p confectione est rafanus: sicut inueni in dinamidijs·

Sanbic ·i· triticum coctum cum multa aqua·

Santion ·i· gladiolus·

Sanction quid est l·l· fagasmon·

Sansifragia est herba similis pinpinelle non differēs nisi in pilositate: q2 pinpinella est pilosa: sed sansifragia nō habʒ pilos Paulus cali· est et sic. ī tercio gradu: et valet contra strangurīā: et viciū lapidis et dolorem iliacum·

Sannon ·i· affodillus·

Sanguis draconis qd ē l·l· demalachobē.

Sanfugir quid est l. l. dem.

·DCXXIII·

Sanguissuga est vermis oibus notus: sz ex his debet eligi secundū Auicennā primo cañ · fen · quarta cap. de sanguissugis: in quib? nō est venositas · ab eis em̄ cauendū est que sūt ex genere venenosorum magna habentia capita: & quorū colores sunt antimoniales & nigri: aut virides: aut q̄ sunt lanuginē habentes: & super q̄s existunt fila colore azuli · & que sunt diuersorum colorum in omnibus enim istis existit venenositas & proueniunt ex eis apata & sincopis et sanguinis fluxus: & fe · & laxitas: & vlcera mala: eas quoq3 non accipias ex aq̄s malis: in quibus est limus niger & cenosus: & statim turbantur & fetent: sed illas elige que in aquis bonis colliguntur in quibus morantur rane · sitq3 earum color similis rei super quam existit viriditas: & tendanē super eas fila duo colorē arsenici habentia: et rufe rotunde que sūt coloris epatis: & ille que simulantur pue locuste: & que caude muris similes existunt: & minute parua habentes capita omnes iste eligende sūt · & nullas magis eligas q̄ habētes ventres rubeos: et dorsum viride: & precipue si ex aquis fuerit currentibus: & ipse quidem antequā ponantur per diem vnum quasi sunt colligende: & constrictione faciendū est vt euomāt donec qđ in earū existit vētribus egrediatur: si hoc fieri potest · Et ipsis parum sanguinis agni vel alterius rei ꝓiciatur: vt inde nutriantur anteq̄ ponātur deinde sumantur: & earum viscositas & sordicies cum aliquo quod sit vt spongia mundetur: loc? ꝑterea vbi sūt ponende cum baurach lauetur: & fricatione rubificetur: postea cum voluntas apponendi sāguissugas fuerit ī aquā ꝓijcianē dulcez vt emundentur deinde apponanē · Ex eo autem q̄ eas efficit voluntarias ad se suspendendū: est vt loc? luto liniatur: aut sanguine: cūq3 fuerit plene: et eas ꝓijcē volueris pulueriza parum salis sup eas aut cineris sete cōbuste aut lini aut spongie combuste: aut lane cōbuste: & cadēt Et melius est vt postq̄ cadunt locus vētosa fugatur: & ex sanguine loci parūper accipiatur vt morsure ipsaruz malicia remoueatur; q̄ si sanguis non restringatur galle combuste aut calx aut cinis aut tegula combusta & subtiliter puluerizata superponatur: aut reliqua ex his que sanguinem constringunt: preterea appositio sanguissugarum egritudinibus competit intercutaneis: sicut sunt sahaf &c̄· & scias q̄ extractio sanguis a sāguissugis facta ꝓfundior ē ea q̄ fit cum ventosis·

Sapa est mustū coctū ad consumptōem trium partiū: le · carenū & dulcor·

Sapaon ·i· lunaria·

Sapeac ·i· bdellium·

Sapea ·i· spongia·

Saphea erea ·i· tabula erea·

Saphene vene sunt i talone: & sūt interiores & exteriores·

Sapirus ·i· brionia·

Saphiros ·i· apostema durū cui nō associatur sensus

Sapo quid est le · sabon·

Saponaria herba fullonuz idem: pro qua lege borith·

Saporias ·i· filipendula·

Saponarij gutta · i · capitellum·

Saprotis ·i· caries lignoꝝ·

·DCXXIIII·

Sapurios vel sabade arabice: grē· erisceptron: latine ciper?· Serap̄· li · agḡ · ca · sabade auto · Dyas Sabade · i · ciperus hab3 folia similia folijs porri: nisi q3 sunt longiora eis et subtiliora & duriora: & habet stipitē lōgitudine vni? brachij & plus; s3 nō rectū · in eo ē tortuositas: et ē quadratus similis stipiti squinanti: et īfra sumitates sūt folia pua et semen: et radix eius est similis oliue: et quedā ex eis est longa: quedam rotunda: et est nigra · Nascitur in locis domesticis et aquosis et in pratis et in locis paludosis · et est alia species ciperi in india que ē similis zucharo in sapore suo: et quando nascitur eius color est sicut color croceus et quando fricatur super cutem corporis facit pilos statim cadere · Melior autem ex cipero est ille qui est plenus grauis: et grossus · dur? difficile frangibilis habēs odorem bonum cum pauco acumine · et quod administratur ex cipero est radix ipsius: et odor eius est bon?: et in sapore eius est acuitas cum pauca stipticitate: et calefacit et desiccat sine mordicatione Et idem autoritate Aben mesuay · Est ca · et sic · in secundo: facit augmentum in sensu: et confortat stomachū: et meliorat colorem: et est bonus emoroidibus: et efficit oris odorem bonum · et quando bibitur cum oleo lentisci calefacit renes: et

confert frigiditati vesice: & distillationi vrine: & addit in sanguinē calefaciendo ipsum quare timeē ne vtens fiat leprosꝰ.
Gali. vij. simplicium pharmacoꝝ cap. de cipero. Ciperi vtiles maxime sunt radices calefacientes & siccantes sine mordicatione: vnde vlcera que propter humiditatem multam sunt difficile cicatrizabilia mirabiliter iuuat. habet autem quid et stipticum: & propterea vlceribus que in ore sunt idoneus. ac vero & incisiuā quādam virtutem habet. attendendum enim est quia lapiditatem patientibus conuenit: & mēstrua: & vrinas mouet Dyas. capitulo de cipero. Ciperus siue vt alij erisceptron folia habet similia porro sed oblonga & tenera: & ascendit de terra cubito vno & semis: hastam habens angulosam similez iunco que hasta ī capite semen generat: radices sub terra habȝ rotundas & oblongas sicut oliua nigra q̄ multe & coniuncte nascuntur colore nigro: & odore suaui: gustu subamaro. nascitur in locis aquosis & in pratis & paludibus. in his radicibus ea nobilior est que grauior & durior & grossior fuerit & nō frangibilior: sed asperior: & odore plenior viscituditem odoris habens. talia signa habet ciliensis: aut syriatica: aut de isdis. id est. cicladibus: vires habet calefaciendi: & desiccādi absqȝ mordicatōe vnde multum infusa vlcera que difficile cicatrizantur mirabiliter curat. habȝ etiā aliquid stipticum in se: & est diuretica: & habet cōminuendi vim: per quaȝ lapides in renibꝰ generatos cōminuit: vrinā & mēstrua prouocat: addiē & malagmatibus calidis: et cōfectionibꝰ oleoꝝ. Diciē etiā in india ciperuȝ nasci simile zucharo & cum masticatur colorem croceuȝ facit & hoc si capillis traiectum fuerit cadūt acopis mixtum precātionibus medetur coctum sessionibus facit. Auic. de viribus cordis dicit ꝙ cōfortat cor.

Saras .i. filex.
Sarax idem quod supra.
Sarandibus est nomen cuiusdā insule.
Saran .i. sarcan.
Sarapinum quid est lege sachabenȝ.
Sarausieb .i. oximel cōpositū.
Sarazab .i. alas habentes.
Sara .i. epilensia.
Saragie .i. stelle.
Sarasif .i. torax vel ossa pectoris.

·DCXXV·

SAraex ara. grece driopistri: vel pteris: latine filex. Sera. libro aggre. ca. saraex siue sarax auto. Dyas. Est herba que nascitur in mōtibꝰ & locis petrosis: & nō habȝ stipitē neqȝ florem neqȝ fructū: & habet folia que expanduntur sicut ale: & odorē non bonū: radix eius est nigra de foris: longa a qua multe oriunē radicule: et in sapore eius ē stipticitas: & maius iuuamentum quod ē in ea est ī radice eius: sapor eius est amarus: parū habens stipticitatis: & iste est filex masculus. virtꝰ eius est que exiccat siccatione forti sine mordicatione: & lauat et confortat virtutez: et interficit vermes cucurbitinos: & potantur de eo aurei quattuor cum mellicrato: et interficit fetum: et expellit mortuuȝ: et est alia species saraex que habȝ folia similia supradicte: nisi qr hȝ plures ramos: et folia eius sūt altiora et remotiora a stipite: et habȝ radices longas: et color earum ē rubeus cum pauca nigredine: et quedam ex eis habent colorem rubeum sicut color sanguinis: et ista est filex femīa: et radix eiꝰ quando miscetur cum melle et fit loboc expellit lumbricos longos: et quando datur mulieribus prohibet impregnationez et pregnanti facit aborsum. et quando desiccatur et teritur et cribratur: et poniē de puluere eius in fistulis hūidis: quaruȝ sanatio est difficilis curat eas: et folia eiꝰ tenera recentia elixata et cōmesta laxant ventrē. virtus eius est sicut virtꝰ saraex supradicte Gali. viij. simplicium pharmacoꝝ cap. de filice: quod incipit pteris. Pteris. i. filex in radice quidē hȝ virtutez Interficit eīn lumbricos amplos si q̄ttuor dragmarum pondus de ea in mellicrato quis assumat: secundum eundum autem modū embriones viuos corrumpit: mortuos vero extrahit: et nullum mirum. est enim amara stipticitate participans fortiter siccatiua non tamen est mordax. Similem vero huic et thilipteris filex femīa nominata virtutem habet: cum dicit ī eodem cap. filices stiptice existentes qualitate non īmerito diarias et disinterias iuuant bibite.

·DCXXVI·

SArtan ara. latine cancer Sera. li. aggre. cap. sartan autoritate Gali. Aqua cineris eius desiccat sicut cinis aliorum ostracorum combustorum que diximus: et in proprietate totiꝰ

substantie ipsius est ꝙ cõfert iuuamento
magno morsui canis rabidi: oportz ꝙ ac
cipiantur ex olibano ps vna: ex gentiana
partes v· ex cinere cancroꝝ combustorũ
quantũ est sũma illoꝝ: & adustio ipsorũ
secundum ꝙ adurebat eos astahadion
experimẽtator: est ꝙ accipiebat cancros
certo tempore: & ponebat eos adhuc vi
uentes in olla ex ere rubeo: & adurebat
eos donec fiebãt cineres: postea terebat
eos leuiter: faciebat hoc tempore estatis
quando sol erat in signo leonis: & luna
iam habuerat ·xviij· noctes· dabat ergo
medicinam hanc illi quem momorderat
canis rabidus· xl· dieb9: & dabat ei cocle
ar vnũ magnũ cum aqua: sed si eger non
erat curatus a principio: sed transiuerãt
super ipso multi dies: proijciebat ex hac
medicina super aquam ad quantitatem
duorum coclearioꝝ: & dabat in potu
& super locũ morsure debet poni vnguẽ
tum qd fit ex pice que dicit̃ lingua greca
brotia siue abrocul: & est illud in quo in
greditur opoponax & acetũ & quãtitas
que ponitur in ea de pice est lb· j· & aceti
kist· j· & est kist ytalie· & sit acetuz forte
& d opoponaco· ʒ· iij· & Galien9 laudat
multũ hanc medicinam: & dixit ꝙ nunꝙ̃
vidit aliquem mori qui fuerit morsus a
cane rabido cum hac medicina. Et dixit
ꝙ hec egritudo est multuz sicca: & ꝓpter
hoc timet aquam· Et dixit ꝙ cancri fluia
les sunt iuuatiui in hoc: marini vero non:
propter salsedinem que est in eis ex mari
Cancer vero marin9 est mollis mollicie
multa: & non est testa eius sicut testa cõ
chilium aliorum: nec ita petrosa: & ĩ can
cro marino est abstersio: similiter & in te
stis omnium obstracorum: & similiter ẽ
in eis desiccatio: sed subtilitas substantie
est inuenta in eis plusꝙ̃ omnibus alijs spe
ciebus obstracorum: & propter hoc ad
ministrantur adusti in curatione morfee
& empetiginis & lentiginibus faciei: &
quando additur ei sal minuit vngulam
oculi: & nõ adusti triti abstergũt dẽtes
& desiccant vlcera Dyas. capitulo de
cancris. Fluuiales ex cancris qñ adurunt̃
accipit̃ ex cinere ipsorũ pondus aureorũ
iij· cum aureis. j· S· gentiane: & bibit̃ cuz
vino tribus diebus & confert iuuamẽto
magno morsui canis rabidi: & quando
admiscetur cum melle confert scissuris
pedum: & bibuntur cum lacte asine: &
confert morsibus venenosis: & morsib9
rutele: & pũcturis scorpionis: & quãdo
coquitur & cõmeditur: caro eius confert
vlcerib9 pulmonis: & illis qui sũpserũt
leporem marinum: et quando teritur can
cer cuz bederog: & miscetur bene & ap
proximatur scorpioni occidit euz· Cancri
vero marini faciunt easdez operationes:
nisi qz sunt debiliores· Auic̃· li· secũdo
cap̃· de cancris· Cancer fluialis cõfert ex
tenuatis valde·

Sancer ·i· ferrum·
Sardamon ·i· nasturciũ·
Sarcadi ·i· ciperum.
Sare ·i· pustule·
Sarmech ·i· atriplex.
Sarre· i. quoddam genus apãtis·
Sarrei idem quod supra·
Saricon ·i· sticados citrinũ:
Sarich ·i· vrtica·
Sarion ·i· abrotanũ·
Sarcia ·i· superflua caro·
Sarogen ·i· hermodactilus·
Sarcon quid est l· l· cinnabar·
Sarcofagus quid ẽ le· lapis sarcofagus·
Sarcos ·i· caro·

·DCXXVII·

SArcocolla grece: arabice anzaros
latine vero anzaruta· Serap̃·
libro aggre· capitulo anzarot au
toritate Dyas· Est gummi arboris spino
nose que nascitur in terra paras: quod si
milatur olibano: et sunt parua frusta:
et color eius est subrufus: et amari sapo
ris· et melior ex ea est que cito frangitur
et desiccat sine mordicatione: et ĩ sapore
eius est amaritudo: et ẽ ca· et sic· in primo
gradu· vnde virtus eius est que glutinat
et abstergit et maturat et resoluit et ĩcar
nat: et aperit apãta que fiunt a ꝑcussione
Gali· viij· simpliciũ pharmacoꝝ cap̃.
de sarcocolla· Sarcocolla est lacrima ar
boris ex persia mixtam habens virtutem
ex emplastica quadam substantia: et mo
dicum stiptica· vnde immordaciter siccat
et propterea vulnera potest consolidare
Serap̃· autoritate Dyas· Sarcocolla
habet virtutem conglutinatiuã vulneruz
et abscindit humiditates que veniũt ad
oculum: et corrodit carnez corruptã que
est in vlceribus: et habet virtutem in ob
talmia cum ponitur: et proprietas eius
est expellere lippitudines ab oculo plus
alijs medicinis· maxie qñ administratur
cum amilo et zucharo albo· Et idem au
toritate Atabari. Restaurat fracturam

et incarnat vlcera: et mundificat vlcera cũ melle: et quãdo miscetur cũ albumine oui: aut cũ lacte et desiccatur: et postea teritur et cribratur: et in puluere administratur: cõfert obtalmie: et purgat flegma viscosum: et dosis eius est quãdo misceetur cum alijs medicinis in decoctione a·ʒ·ß· vsq3 ad·j· et ipsa non ponatur sola propter maliciam eius magnam· Et idez autoritate Abix· Sarcocolla ẽ acuta multum perforatiua: cõmedit carnes vlcerũ & habet in cura obtalmie proprietatem magnam & virtutem magnam: & virtutem potentem: & aufert lippitudinẽ oculorum quando habent obtalmiam· quod quidem non facit ita aliqua medicina: & maxime quando miscetur cum amilo & zuchararo albo· Et potio eius ad laxandu3 ventrem: habet proprietatẽ iuuandi oculum & ventrem: & proprie ad purgãdu3 flegma grossum quod est aggregatu3 in iuncturis & ĩtestinis & ĩ scia & ĩ geniculis· expellit ipsum cum fortitudine & cũ aliquantulo calore: & iuuat medicinas alias ad exeundu3 ex corpore: & fortasse vulnerabit oculum: & intestina: & excoriabit ea: & ĩducet tenasmonẽ ꝓpter sua3 acuitatem: & si ipsa datur in potu alicui sola autem cum aliqua medicĩa: & fuerit ille etatis complete: inducit ei caluicium & facit cadere capillos omnes de capite suo: & si fuerit iuuenis fit in hoc mora: & si fuerit senex facit illud citius: & melior ex illa est illa que teritur facile que ẽ albidior & in maioribus frustis: & quando fit cum oleo de nucibus: quia oleum nucis frangit acuitatem eius: & propter hoc non habet ipsa facere id quod diximus in corrosione: propterea quia oleu3 prohib3 eam adherere: & caliditas nucis frangit plurimum acuitatis que est in ea· Sed si preparas eam cum oleo amigdalarum: pone de eo duplum aut triplum põderis de ipo oleo: si vis ipsam ponere in aliquibus pillulis: sed si volueris ipsam adhibere solam sine aliqua dimixtione alterius medicine: pone plus pondere eius de oleo: & pone de oleo de kerua quãtitatẽ qua possit dissolui solu3: & postea misce cum alijs medicinis: & cũ oleo de kerua erit senibus conuenientior· iuuenib⁹ aũt non est cõueniens cum eo: quia calor nature iuuentutis non fert calorem olei de kerua: & quãtitas dosis eius simplicis postq̃ preparatẽ sicut diximus: ẽ pondus aurei·i· vsq3 ad pondus·ʒ·iij· & quartam & meliores medicine que conueniunt in admixtione eius sunt serapinum & mirabolani & turbit & aloe & armoniacum & bdellium iudaicum & semen apij: & ameos: & similia horum ex medicinis·

Paul⁹ cap̃· de sarcocolla· ca· & sic· i· iij gradu. emplastrũ factũ ex ea & albumĩe oui super tempora valet ad fluxũ sãguis a naribus: puluis eius cũ aq̃ ro· conficiatẽ & soli exiccetur: & iterum cum aqua ro· ponatur ĩ oculo: quia maculam cõsumit & oculum clarificat: Contra tenasmonẽ fumus eius ꝑ inferiora receptus emboto imposito valet· Bulcasim libro qui dicitur seruitor translato a Simone de ianua Forma nutriendi sarcocollam ĩ lacte accipe de sarcocolla bona alba grossa & pone in vase vitreo amplioris orificij: et mulge super eam lac asine in quantitate pauca ne infundatur in eo et liquefiat s3 remaneat sic: et pone subito in sole: vt cito desiccetur· et quando erit sicca oporte3 vt iterum mulgeas secundum quãtitate3 quam dixi: et semper caueas ne cooperias eam lacte ne acescat lac anteq̃ desiccetur: et destruatẽ: et fac ita quater vel quinquies· et cum hoc feceris: sicca bene et cõserua· Et si non habes lac asine paratũ fac cum lacte mulieris: q2 est melius·

Sarcon quid est lege cinnabar·
Sarmon quid est le· kaspar·

Sarsar	auis est·
Sarsas	·i· salix·
Sarsari	·i· pleuresis·
Sasifarirosa	·i· spica·
Sasin	·i· enula·
Sasonech	·i· apium·

·DCXXVIII·

SAsso arabice· latine galla cipressi sed de cipresso lege cipressus·

Serap̃· libro aggre· capitulo sasso autoritate Galieni· Quod ex cipresso administratur sunt folia extremitates et nuces eius: et in sapore ei⁹ est acuitas et punctio parua et amaritudo: et satis punctio est fortior amaritudine: sed de amaritudine et acuitate inest quantitas tãta q̃ facit eã penetrare ad profundum corporis sine calefactione et mordicatione· et virtus eius est que desiccat in qua non est acuitas et mordicatio apparentes sed quantitas sue acuitatis est quantitas que est sufficiens ad penetrandum: et est ca· et sicca·

Satarbi .i.thimum.
Satarabi .i.origanum.
Sataragi .i.tapsia.
Satabir .i.epithimum.
Sata .i.sticados arabicus.
Satrapaz .i.atriplex.
Satraciati .i.medietas sextarij: hoc vocabulum ponit Auicenna quarto cañ. fen. prima cap. de cura fe. in generali vbi loquitur de aqua ordei: & ponit tale vocabulum exemplariter quasi dicat q̄ sunt xx. satraciati. id ē. xx. partes.
Satra .i.atramentū nigrum qđ vocatur encaustum.
Satraben .i.siler.
Sater .i.napus.
Satre .i.origanum.
Satil .id est. medicina quedā.
Satira .i.fantasma vel iana.
Satirion quid est. l. l. casi
Satrites .i.vene tortuose.
Satos est quoddā animal qđ sic vocatur
Satoracon .i.scorpio.
Satuli sundirion .i.scolopendria.
Saturina .i.vmbra.
Satudeum .i.allium agreste.
Sauma .i.agnus castus.
Sauina quid est l. l. abel.
Scados .i.carice.
Scalabotos .i.cantarides.
Scapodia .i.saluia.
Scali .i.ciperus.
Scanus .i.ficus.
Scamomalue .i.catapucia.
Scarabens quid est l. l. benit & guaridē
Scafolium .i.daucus.
Scandaliciū quid est l. l. leuisticum.

·DCXXIX·

Scalongia grece: latine ceputia. Gali. secundo de cibis capit̄lo de scalongijs. Sunt scalongie ex genere bulbi. cōmeditur enim ipsorū radix sine folijs: habet autem in seipsa amaram & austeram virtutem notabiliter p̄ quam stomachum resolutum excitat aliqualiter: appetitiui non cōtrariatur: neq3 expuere aliquid indigentibus ex pectore & pulmone: & quidem substantiam corporis grossiorem & viscosiorem habens amaritudo eius cōtra agit grossiciei. siccare viscosa & grossa apta nata: sicut in his que de medicinis dicta sūt: ꝓpter qđ si his decocte fuerit nutritiue sūt magis contrariatur aūt iam expuere īdigentib9 tanq̄ vtiq3 deposito toto amaro. Cōmedere autem ipsas melius tunc cum aceto simul & oleo & garo. Eteni delectabiliores sunt & minus inflatiue: et magis nutritiue subtiliores ad digerendum. abundantes autem secundum esum ipsorum quidam manifeste senserunt: & sperma plus habētes promptiores facti ad venerea: preparāt autē & hos homines multi formiter. Nō enim solū elixos per aquā sed & vasa ex ipsis valde preparata componunt: post frixuraq3 alij offerunt. multi autem assantes super lar multam decoctionem nō substinent: contenti sunt aūt valde modica: aut neq3 oīo ꝑdecoquunt gaudentes ipsorum amaro & austero sapore saluato. ꝓuocat enim ipsos magis ad esum: sed inflationem & tortionē inferunt non digesti. Ex his quidē itaq3 qui sic cōmeduntur non boni chimi alimētu3 fit. Ex his aūt qui amplius decoquuntur aut bis: vt dictum est: grossior quidē chimus: melior autem quātum ad digestionē & nutritiuus fit. Calefaciunt autem manifeste: & aliquid aromatizans insinuant & vrinatiue sunt.
Sanduco .i.rapesta.
Sandix idem quod supra.
Scabrum est idem quod ptiria. Dyas. cap̄. de ficu. & ptiria idem quod furfura capitis. vt Dyas. cap̄. de felle.
Scarlea .i.centrū galli.
Scariola quid est l. l. cicorea.
Scada .i.carica.
Scaron .i.vitriolum.
Scara .i.crustula.
Scanis .i.anisum.
Scafium .i.conca.
Scatharos .i.scarabeus.
Scaredalsa .i.saluia.
Scamanice .i.succus papaueris.
Scamonea quid est l. l. scamonea.
Scatirosa .i.lacerta.
Scana .i.enema.
Scar .i.capillus.
Scanis .i.anisum.
Scana .i.canis maior.

DCXXX·

Scamonia arabice: grece diagridium: latine vero scamonea. Serap. libro aggre. capitulo scamonea autoritate Dyas. Scamonea est planta: habens ramos multos egredientes ab vna radice longitudinis q̄ttuor brachio2 super quos est viscositas adherēs manui & parumborre: & habet folia similiter

pilosa:et similia folijs plante lebleb agre
stis:aut folijs cussus.i.edere:nisi qꝛ sunt
molliora folijs cussus:& habent tres an
gulos:& habent flores albos rotundos
concauos similes in figura sua cartal.i.
tube habens grauem odorem:& radiceꝫ
habet grossam sicut pollex albaꝫ grauis
odoris plenã lacte:& colligitur secũduꝫ
hunc modum.Nam vulneratur virga et
radix eius:& fiunt fouee iuxta vulnꝰ &
humiditas manans a vulnere colligitur ĩ
foueis illis que postea colligit̃ in cocleis
Quidã vero fodiunt circa radicẽ & ster
nunt ibi folia:tunc & vulnerata radice
quod de humiditate egreditur super sub
iecta folia colligunt:postea sic dimittũt
donec illa humiditas desiccata fuerit quã
reponunt;& melior ex illa humiditate
que est scamonea est que est clara leuis
similis in corpore suo glutino quod fit ex
corijs boum:habens gibbositatem:& est
spongiosa:& est illa que defertur ex lo=
cis musie:& ex terris asie est huiusmodi
Et ille qui vult eligere scamoniam & col
ligere ipsam:oportet ꝙ non sit contentꝰ
verum albescat aut non albescat quando
tangitur cum lingua:quia idem cõtingit
quando ipsa est adulterata cũ lacte titi=
malli:veruntamen discernitur quando
non est admixtum:eo ꝙ non adurit nec
mordicat linguam adustione & mordica
tione forti.Nam hoc accidit quando est
sibi mixtum lac titimalli.Et deterior spe
cierum scamonee est illa que defertur ex
seni:& ex palestina:qꝛ iste species ambe
sunt male adulterate cum titimalli lacte
& cum farina ordei:& est ca.& sic.ĩ.iij.
gradu.Sunt autem qui accipiunt ex ra=
dice plante scamonee & coquunt eam et
dant elixaturam in potu:& purgat:&
assũmitur radix plante scamonee & coq̃
tur illa cum aceto & teritur contritione
forti:& conficitur cum farina ordei:&
fit emplastrum iuuatiuum sciatice.Et
quando lana inuoluitur in succo radicis
eius & subijcitur pregnanti facit aborsũ
& quando miscetur cum melle & oleo et
liniuntur cuꝫ ea exiture soluit eas:& quã
do coquitur cum aceto & linitur scabies
vlcerata excoriat eam:& quando misce
tur cum oleo rosato et linitur caput cum
ea confert sode antique.Et idem autori=
tate Galieni.Calida ẽ & sic.in tercio:&
est calidior pipere.Et idem auto.Pauli.
Scamonea abstergit cutim:& meliorat
colorem & mũdificat baras:& aufert do
lorem capitis antiquum:qñ administrat̃
cum oleo ro.& aceto:& infunditur sup̱
caput:& melior ex ea est vergens ad co:
lorem celestem quando frangitur:& est
in fricatione sua sicut coclea fracta:& il
la que colligitur in montibus hem est hu
iusmodi:& mala est cuius color vergit
ad nigredinem:& figura eius est rotũda
& alterius caloris ab illa.Et modus re:
ctificationis prime speciei que est bona ẽ
ꝙ accipiatur citonium:& abscidatur de
capite eius rotula:& fodiatur medium
eiꝰ:& ĩtromittatur ibi scamonea:deinde
ponatur coopertoriuꝫ qđ fuit abscissum
& firmetur:demum inuoluatur sup̱ ip̃m
pasta:et ponatur in furno non multum
calido:& dimittatur donec desiccet̃:et
dosis eiꝰ ita preparate sit ab vno danich
vsqꝫ ad duos.Et scias ꝙ scamonea non
mutatur:neqꝫ minuitur acuitas eius cir:
ca spacium.xxx.vsqꝫ ad.xl.annos:nisi il
la que est preparata sicut diximus:nam
illa que est preparata quando transierit
longũ tẽpus super ip̃am amittit virtutẽ
suam.et propter hoc oportet ꝙ p̃pares
eam quando volueris eam administrare
et quando sumitur scamonea plus ab ea
quantitate quã diximus fortasse inducit
anxietatẽ et languorẽ et sudorẽ frigidum
et sincopim et fluxum donec moritur:et
dosis eius conueniens est a.vj.granis or
dei vsqꝫ ad.xx.et de proprietate eius est
ꝙ expellit coleram et humores viscosos
et adtrahit sup̱fluitates malas a corpore
et multi ex his qui sunt ca.complexionis
postq̃ susceperũt eã ĩcurrunt fe.acutas
et ab ea cauere hominibus melius est nisi
magna necessitas incũbat:et tunc accipi
at secundum formã et quantitatẽ quam
diximus.Et idem autoritate Aben me:
suay.Laxat fortiter ventrem:et nocꝫ sto
macho et epati:et diminuit appetitum ci
bi:et inducit anxietatem et nauseam.Et
rectificatio eiꝰ est ꝙ admiscetur ei anisũ
et daucus et semen apij et radix piperis
et admiscere cum oleo amigdalino est bo
num.Et scamonea non debet multum te
ri ne adhereat stomacho vt noceat ei:et
oportet ꝙ non bibatur simpliciter:et su
matur cum magna cautela:et sit dosis
eius ab vna kirat vsqꝫ ad tres. Johẽs
mesue capitulo de scamonea.Scamonea
est solutiuum magnum.Et dixit demo:
crites ꝙ est dissolutiuum antonomatice

& ꝙ eſt genus ſolutiuorũ· & generalius
ſuper omĩa ſolutiua· Fit autem ex ſucco
cuiuſdam ſpeciei volubilis · cuius folia
ſunt in moduꝫ ſagitte alate· Naſcitur au
tem in anthiochia: armenia : & coraſceni
in ꝑtibus arabie: & turchie· & plurimuꝫ
naſcitur in terra noſtra· & eſt mala · Et
credo ꝙ diſpoſitio loci & modus cultu
re: & ars in faciendo auxiliatur vt ſit bo
na aut mala· Modi autẽ operationis eiꝰ
ſunt quattuor· primus eſt vt accipiatur
radix eius poſtꝙ̃ euellitur a terra: & fiãt
ĩciſiones ĩ eo qđ apparet ſuper terram·
& inuenitur· qđ egreditur poſt diem &
diem eſt res ſicut gũmi & dimittit̃ exic-
cari & conſeruatur· Secundus eſt: extir
pantur poſt illud totaliter radices & in-
ciduntur: & colligit̃ lac eorũ fluens . &
decoquit̃ cũ facilitate & exſiccat̃ ſoli · &
fiunt inde forme & ſigillant̃· & huiꝰ ſca-
monee color ẽ ſubalbidꝰ aut variꝰ· Ter-
cius eſt· terunt̃ adhuc radices poſt illud
& extrahit̃ ſuccus : & fit ſicut diximꝰ de
decoctione & alijs: & ſigillant alio ſigil-
lo· nunc aũt fides ſigilloꝝ perijt. Et hec
ſcamonea eſt groſſa nigra & ponderoſa
Quartus eſt· terunt̃ flores eius & ſtipi
tes: & extrahit̃ ab eis ſuccus & fit ſimili
ter· & hec eſt ſcamonea nigra attinens
viriditati: & eſt grauis odoris· Electio·
Melior eſt antiochena: & armena ẽ poſt
hanc· Que vero fit ĩ partibus noſtris: &
ĩ coraſceni eſt mala prorſus· & melior ad
huc eſt que eſt prime forme. Et que ẽ ſe-
cunde eſt poſt primam· & alie ſunt male
& deterior viridis· Adhuc aũt qui lauda
uerunt ſcamoneam in quinqꝫ proprieta-
tibus laudauerũt eam· Prima ẽ vt ſit in
colore clara ſicut gũmi· & ꝓprie ſpẽs eiꝰ
prima. aut ſubalbida· aut varia· Secũda
vt ſi tangat̃ confractũ eius cum aqua vľ
ſaliua fiat ſic̃ lac· Tercia vt ſit tenera mľ
te facilitatis ad frãgendum & pulueriʒã-
dum· Quarta vt ſit ponderis leuis Quĩ
ta vt ſit odoris proprij boni non grauis
Remota vero ab his proprietatibus non
eſt bona· Conſeruatur autem per annos
xx· ſed quãto antiquior tanto debilior :
calide complexionis eſt in tercio gradu :
& eſt ſicca in primo· & eſt in ea de acui-
tate minꝰ ꝙ̃ in plãta ſua· Et credo ꝙ ars
in faciendo ipſã frangit ex acuitate eius
aliquid: & in ipſa eſt amaritudo· & ipſa
quidem eſt abſterſiua: inciſiua: & reſolu-
tiua cum attractione multa· cuiꝰ attra-
ctio extenditur vſqꝫ ad multũ remota·
Rectificatio· quinqꝫ ſũt ei familiaria q̃ in
corpe magnitudinẽ nocumentorũ impri-
munt· eſt eñ in ea vẽtoſitas mordicatiua
& faciẽs ĩ ſtomacho ſubuerſionẽ & nau
ſeã & eſtuationẽ laborioſã ẜm ꝙ ĩſũt ei
caliditas & acuitas habiľ ĩflamari · & ꝓp
ter hoc facit cadere ĩ fe· & ſitĩ · & ꝓprie
qñ inuenit̃ patientis preparatio · terciũ qñ
fit per ipſã attractio vehemẽs· & vehe-
mens dilatatio orificioꝝ venarũ· qꝛ facit
cadere in immoderatũ fluxũ· quoniã eſt
in eo ſeroſitas operãs ad excoriationem
viſceruꝫ. q̃re generat dolores acutos pũ
gitiuos: & facit cadere in diſinteriã et te
naſmon· quintum eſt proprietas & ope-
ratio ſua quibus fit impreſſio nocumenti
in membra que ſunt minere virtutum ſi-
cut cor · epar · ſtomachus & ſimilia eis ·
Auxiliãdum igitur eſt his cum rebus q̇-
bus proprietate & virtute nocumẽta tol
luntur ſicut verbi grã obuiamꝰ ei quod
primo dixi adiuuãdo vt reſoluatur va-
por eius turbidus & inflatiuus faciens
ſubuerſionem & laborem· & ad hoc auxi
liatur nobis decoctio in pomo· digerit
enim & maturat: & reſoluit: & excludit
vapores eius: & aufert ſeroſitatem eius
& miſceãtur in decoctione illius que vẽ
toſitatem reſoluũt: & carminãt· & adiu
uãt ad illud ſicut daucus proprie & ga
langa· & ſemen feniculi & ſemen apij ·
& ſimilia · Et dico quod decoctio eius
generalior eſt preparatio eius auferens
plura ex nocumentis que diximus · Et
obuiamus ei quod diximus in ſecundo ·
miſcendo in decoctione eius aliquid vir
tute refrigeratiuum : & operando vt
frangatur acumen & inflamatio eius ·
Et ad hoc auxiliatur nobis decoctio eiꝰ
cum his que extinguunt & leniunt· ſicut
eſt mucillago pſillij · et aq̃ eiꝰ & carnes
prunorum; & ſuccus ro· & aq̃ violarum
et viole recentes: et inuoluere ipſam añ
coctionem eius ĩ oleo ro· aut violato au
ferunt hec nocumentum ab ea· Et ſuccuſ
citoniorum muſorum et ſumach : et ſpo
dium faciunt ſimiliter · Et obuiamus ei
quod diximus in tercio· miſcendo ei ĩ de
coctione que adiuuãt uirtutes mẽbroꝝ
et auxiliantur in aggregatione et corro
boratione partiuꝫ laxarum· Et ad hoc au
xiliantur nobis maxime res ſtipticitatem
habẽtes· Et omnia que auferunt ſuper
fluitatem acuminis eius et remouent

subtilitatem & virtutem penetrationis ipsius: sicut est mastix citonia & succus eorum. sunt enim rectificatiuum bonum Mirabolani quoqꝫ citrini sunt mirabiles i hac operatione: & aloe similiter. Et obuiamus ei quod diximus i quarto miscē do res que aggregant duas intentiones prima est acquirere ei facilem egressū. & hoc cū rebus expellentibus cito audaciā eius: & facientibus eā descendere: & ad hoc auxiliatur nobis administratio eius cum rebus lubrificantibus: sicut est mucillago psilij: & carnes prunorū. Et sciuisti ꝙ cōpressiua sicut citonia: & maxie sumpta post medicinaꝫ. & proprie postꝙ incepit educere: festinare faciunt eiꝰ egressionē Et sciuisti ꝙ aqua calida post medicinam transmutat audaciam ipsius & debilitat virtutem ipsius. Et dixit Rufus eis qui sumpserunt scamoneam de melioribus rebus est ad expellendum audaciam eius. vt post quattuor vel quiqꝫ horas postꝙ sumpserunt eam psilliuꝫ conquassatum cum aqua tepida: aut oleo ro. sumant & post horas duas eius infusionē mirabol. tribue. sic enim nō timēt nocumenta eius. Secunda est reprimere eius virtutē acutaꝫ & ferositatē. Et hoc facimus cum auxilio rerum humidarum & vnctuosarum. sicut est draganthuꝫ & oleum ro. & amigdalarum. Et obuiamꝰ ei qd̄ diximus in quinto qd̄ est thesaurus totius operationis. & illud est acquirere ei bonitatem cum medicinis membra & virtutes confortantibus. Et ad hoc auxiliantur nobis medicine cordiales frigide & medicine stomatice. Et auxiliantur nobis ars & modus preparationis sicut iā diximus. Modus rectificationis eius est secundū ꝙ narrauit Rufus Decoquere scamoneam in citonio post inuolutionē eius & reuolutionem fere per diem in oleo rosarum. aut violarū. aut amigdalaruꝫ. & post illud teratur faciliter & voluatur & reuoluatᷣ i scutella vitrea vsqꝫ dum siccetᷣ cum infusione mirabolanorū citrinoum facta in succo citoniorū. tūc fiant ex eo trocisci quantitate quarte. ʒ. j. & sit dosis trociscus vnus. solutione eñ educit absqꝫ molestia. Modus autem alius scd̄m eundem satis bonus. Decoqꝫtur scamonea cū priori doctrina: adiungendo ei mirabolanos citrinos ad quantitatem tercie partis ipsius. deinde accipe semē anisi. feniculi. dauci. ana. ʒ ij. decoque cū succo citonioꝝ cum facilitate: & cola & vtere desiccatione & inuolutione sicut hic pximo diximus. Inquit Rufus Sit tua addere: & minuere: & mutare scd̄m ꝙ exigit dispositio. Inquit Galienꝰ Miscui scamoneam cum sextuplo ipsius manne. & triplo eius succi ro. post bonitatem coctionis eius in pomo: & inueni ex modis preparationis eius hunc modū satis laudabilem: emendantem plura ex nocumentis que timentur per ipsam. & aliquando miscui cum eis sextuplum glutinis psillij & feci inde bolum. Et aliquādo miscui medicinas cordiales. aliquando alia sicut res exigebat. Inqt Hamech Accipe duplum eius florum vio. & medium ponderis ipsius liquiricie & inuolue in oleo ro. & fac trociscos. ʒ. j. Et sit dosis eorum vnus. Inquit Humay Dissoluatur cum oleo vio. aut amigdalino: et pauco masticis: et per diem et diē agitetur in sole cū administratione olei paulatim. post hoc agitetur per diem: et diē cum aqua rosaꝝ in qua fuerit dissolutum bdellium: et exsiccetur: et decoquatur in citonio. post hoc cum tercia parte mirabolanorum citrinorum fiant trocisci. Et sit dosis. ʒ. ss. Inquit Paulus Zinziber et piper longum: et anisum admixta decoctione ipsius. et proprie in pomo acetoso aut pontico remouet nocumēta ipsiꝰ Modus rectificationis ipsius ex inuentione nostra. decoquantur frusta eius inter amigdalas tritas multas post pparationem eoꝝ intra folia sepeliendo ea i cinere calido. et post diem abiectis amigdalis dissoluantᷣ in aqua citonioꝝ acetosorum i qua bullierit spica et anisū. et ex speciebꝰ et seminibus redolentibꝰ et desiccetur. Deinde cū pauco masticis et bdellij decoquatᷣ in pomo citonio inuoluto in massa. deinde fiant trocisci. ʒ. j. Et sit dosis. j. operatᷣ eñ sine nocumento. Modus alius preparationis predicte. misceatur quantum ipsa est de sumach. et quarta parte eiꝰ de spodio et fiant inde trocisci sicut priores. Sūt eñ vltimi et dissoluatᷣ scamonea cū octuplo eius niue et cum pauco spice post inuolutionem eius in oleo rosato aut amigdalino: et decoquatᷣ cum facilitate. emendatur enim a sua malicia. Et sciuisti ꝙ aloe frangit malicias eius. et mirabolani magnificant eam. Et decoctio eius in succo portulace. aut aqua seminis ipsius auferunt plura ex

nocumentis ipsi⁹. & medicine cordiales aut stomatice calide aut frigide. scdm ꝙ res exigit frangunt maliciã ei⁹. Et oportet ꝙ fiat decoctio eius cum facilitate. Impetuositas eñ in coctione addit i maliciam eius. Et ista quidem sicut sciuisti de trituratione modicũ sustinet. quapropter in trituratione ipsius non nimium insistatur. Ex rebus autem facientib⁹ facilem & velocem egressum eius a corpore sunt citonia quãdo in confectionibus & electuarijs simul miscētur. & similiter mirabolani. Ipsi eñ sunt de cito eam deponentibus. Et similiter si supra eã post spacium bibatur. Et sciuisti ꝙ aqua calida expellit maliciã ei⁹: & aliq̃ alia similiter sicut diximus in canone. Solutione educit coleram cum facilitate: & attrahit eam a sanguine & venis vehementer. Et ei⁹ opatio ē sic operatio furiosi. & ipa ē inimica cordi: stomacho & epati: & intestinis. & est ex facientibus nauseam & conturbationē i visceribus & ex subuertentib⁹ ea: & facit sitim: & debilitat appetitũ cibi. & ex ea & mirra oleo & succo agreste pauco opio fiunt trocisci: & cũ vino pontico. & proprie aurei vnius & fit linimentũ ex vno eorum supra frõtem & tempora comprimendo. & ꝓprie cuȝ vitellis oui & aceto forti: sanat doloã antiquam & frigidaȝ. & proprie emigraneam difficilem. Et si ponatur supra denteȝ remouetur dolor eius & corrosio. Et si super scrofulas ponaт. & proprie cum succo apij & dauci delet eas. Et si fit linimentũ ex vno eorum cum succo sisimbrij & aceto. sed loco apij ponitur castoreum: & linitur in posteriori parte capitis: & est magnũ iuuamentũ ad subet & litargiam. Et quando scamonea supponitur cum lana educit mēstrua & facit abortum. & ipsa quidē curat morsus scorpionis: proprie desuper linita cuȝ succo mente: aut cũ vino. Vitet autē eius acceptionē qui ca. & sic. nature est. aut paratus cadere in fe. Hi autē qui sumũt ipsaȝ timeant estus & frig⁹: & abhorreãt fructus. & proprie frigidos: & aquam veri frigoris: & somnum prolixum super eaȝ & excitantia su perbiã animi. Conseruaт autē scomonea per annos. xij. dosis eius est a granis. v. vsq3 ad. xij.

DCXXXI

Scabiosa latine. grece stibes siue stibros Dyasco. cap. Stibes herba est cuius semē stiptice est virtutis & siccatiue satis. Et idcirco eius decoctio disintericis iniicitur: & de auribus pus emanãs sanat instillata: & i magnis vulneribus & cruētis glutinatoria est. vtilius id agens si cum vino nigro & austero & stiptico coquatur. desiccat enim fortiter oĩa que contra naturaȝ sũt humida. Folia aũt eius viridia trita & cataplasmatibus apposita in ano: emorroydas reprimunt. & ex percussione i oculis sinkisiȝ factã superposita iuuant Item folia ei⁹ adhibita suffusiones oculis detergũt sanguinem vulneri iposita siccant Paulus ca. de scobiosa. Scabiosa ca. est & sicca in secundo gradu. valet contra scabiē & alopitiam & succus eius lũbricos necat. fumus vini decoctionis eius valet contra emorroydas. Contra condilomata que atricia dicuntur fiat emplastrum desup ex ipa herba: fumo tamen prius recepto. Dicitur ꝙ sanctus Vrbanus ad petitionē cuiusdã sororis sue anhelãtis sup scabiose virtutes. quoniã ipe otinue vtebatur: misit sibi infra scriptos versus Vrbanus ꝓ se nescit pciũ scabiose. Nam purgat pectus quod comprimit egra senectus. Lenit pulmonem: purgat lateꝝ regionem. Apostema frangit si locum bibita tangit. Tribus vncta foris antracē liberat horis.

Staderea.	.i. semen centrũgalli
Sfanum.	.i. pinus
Sfargilla.	.i. mala citonia.
Sfragil.	idem quod supra.
Sfragius.	.i. saluia.
Sfraga.	.i. fragraria.
Sfrades.	.i. ficus sicce.
Spaston.	.i. genestra.
Spagnum.	.i. saluia.
Spalten.	.i. palma.
Spatomele.	instrumentum est.
Sparsim.	.i. per īterualla
Spartus.	.i. genestra. inde spar

taria. vt in palagio regio illa spartis.

DCXXXII.

Spatula fetida herba est similis yreos. Paulus capitulo de spatula fetida. succus eius eradicat morfeam albam si fiat vnguentum ex puluere ei⁹ & puluere stafisagrie flamule & hermodactili: & de atramēto cõbusto i olla rudi cũ aceto & axungia porcina vetusta. & inũgaт ter ĩ die: & cooperiaт cũ folio caulis vel plãtaginis.

Sparagus quid est·lege l· valion·
Sparatela quid est·lege l·glaspatella
Spatana· id est·dexeris·
Spatella· id est.acorus
Spartus· id est.genestra·
Sparhennon· idem quod supra.
Spargamum idem quod supra
Spalangion· id est·aranee·
Spasmata· id est·torsiones·
Sparcos· id est·rubea.
Spargula quid est· lege literã
aspargula
Spatella· id est·acorus·
Spacul· id est. cerusa.
Ssare·est passio que accidit quando ho=
mo maximum sentit pruritum: & cũ scal
pit se apparent in cute nodi quidaz ad nu
cis similitudinem·

DCXXXIII

STachis scdm Galienũ octauo
simpliciũ pharmacoꝝ cap· Sta
chis scdm translationem grecã
similis est porro·frutex acris·gustu ama
rus·ex tercio gradu existens calefaciẽtiũ
quocirca calefaciens non mouet solum
menstrua·sed & embrionum necatiuum
est farmacum·& extrahit secundinas cõ
uenienter·
Stadis· idem quod supra·
Stamides· id ē·omnes lapides·
Stannum quid est·lege l·femezeg·
Staer· id est.adeps porcina
Statim· id est· gutta mirre·
Statia· idem quod supra·

DCXXXIIII·

STaquĩ Dyas·Frutex est si=
milis prassio:folia habens ob=
longa multa: & dura: & aspera
& odorata: & alba: & virgas multas ex
vna radice·albidiores prassio. Nascitᷣ in
locis montuosis·virtus est ei termantica
& viscida·elixatura foliorum eius men=
struis imperat: cum vino bibita secundi=
nas excludit·
Stafilon id est· quĩqzfolium
Stactis· id est gutta mirre
Staurosi· id est·lacerta viridis
Stacteuali· ·i·lexiuia
Stalticum· id est·carnem crescẽ
tem equans·
Stagie· id est·astelle:
Staltica·i·defrigenteria vel strictiua·
Stafilnia id est·pastinaca·
Stafisagria quid est, lege literaz haberas
Stafilomata· id est· vene corrosio
Stalticotora id est· comprehẽsiua
Stactera·quidã exponũt mirram·quidã
armoniacum·
Stak·i·gummi oliue· quidã dicũt ꝙ est
gen⁹ boracis: sed prima expositio melior
Status id est·lectus·
Staguires· id ē·gutta·inde strã=
guiria: id est·guttalis mictio·scz quando
guttatim mingitur·
Stangularia id est·scrofularia·

DCXXXV·

STrangulator adib vel leopardi
id est·luparia: & non admistra
tur intus neqz extra· Dicitur ꝙ
si appropinquatᷣ scorpioni congelat eum
& est species aconiti·vnde aconitũ her=
ba luparia strangulator adib vel leopar=
di idem· Vbi sciendũ·ꝙ omĩs herba ve=
nenosa pȏt dici aconitũ ꝓpter ptũ & ce=
tera·scribe hic qȯ ē ĩ lrã q̃ ĩcipit aconitũ
Starne· sunt perdices parue
Stactiones id est· balsamita·
Stadiori·herba est que nascitur in supfi
cie aque sine radice cum folijs similibus·
semperuiue·pro qua lege l·gabaleb
Seutloth id est·beta·
Selmi sperma· id est·apij semen
Selion id est.apium
Semidaleos· id est·sirico·
Semisse id est· medietas
Senision id est. cardus bene=
dictus·& dicitur senision: qz senescit &
calescit tpe veris caput eius·l·l·crision
Senescio· idem quod supra·
Sedum idem quod supra·
Sepedanne. id est·cicer arborũ
Senasia ·i·confectio
Seca ·i·ysopus
Seperos ·i·bacce lauri
Selmisia·i·spuma lune·& est talk·
Sesurem id est·absinthium
Secacul id est·yringi
Semen bulbi·i·semen cepe domestici·
Selmium·i·apium·pro quo le·l. apium·
Selmum· idem quod supra
Selmum equinum·i·macedoniũ·pro quo
lege literam quã supra
Seisegurab ·i·abrotanum
Serpẽtaria minor·id ē·aaron·& est alia
maior que vocatur luf
Sedar ·i·arbor cicorasi
Septemere ·i·serapinum
Serpillum maius·i·valeriana
Senation·id est· nasturcium aquaticum
lege herocalchai

Semina cõmunia sunt quattuor semina frigida & habentia cõmunem operatio=nem. scz semina melonis: citrulli: cucumeris & cucurbite.
Sedũ turnas. id est. nucle? dactili.
Semĩa frigida q̃ttuor sũt semĩa õmunia.
Semores est quoddã genus piscis.
Sesien. id ẽ. sãguis draconis
Secaniabin. id est. oximel.
Secara. id est. canis maior.
Seten. i. salse de piscib? q̃ fiũt in egipto.
Seriguetb. id est. partes.
Semi. i. pira porcina. & sunt siluestria
Sexabaran. est nomẽ grecũ erochalcha
Sehebingi. id est. abrotanũ.
Sentar. i. pes colũbin? cũ quo tigit̃ cera
Seterig idem quod supra.
Seleylen. id est. lolium quod nascitur in segete.
Seley. idem quod supra.
Seres. id est. lac acetosum.
Setaragi indi. id est. tapsia.
Seisec. id est. mandragora.
Sedengi. id est. semen canapis
Senabs. id est. lentiginosa.
Secabinici. id est. serapinum
Sekfembubati. i. herba croci ortulani
Seben. est quedã medicina ynda.
Sekelibet. id est. darsesaban
Sereteregi. id est. lac ordei.
Seretis. id est. sisamum. & ydeomate nostro vocatur ioziolena.
Selocha id est. cassialignea.
Semabras aira. est coquareus.
Sericum. id est. seta.
Sechil est arbor ex genere spinarũ. cuius folia similantur folijs spine albe. Lignuz eni durũ iputrescibile. & dicit̃ q est incõbustibile quo antiquitus fiebãt altaria in quibus vt non cõburerent̃. propterea q̃si in eis accẽdebatur ignis ad sacrificium faciendum.
Semen lini quid est. le. l. barari; chichene.
Seni. est proprium nomen loci vltra mare in india: vt apparet si le. l. meadhayse & literam balilig: & literam brafalendi.
Senades. id ẽ. lapis emathites
Serantica. id est. desiccatiua
Sel quid est. lege l. bel.
Seduntirmas quid est. le. l. nakala.
Seris est species scariole. & est cicorea.
Seleniabin. i. zucharũ ro. l. l. gelenabin
Seid. id est. duarum arundinũ intra adiutorium & manum.
Sete colerice. sunt que similes sũt empetigini.
Selet. id est. bleta.
Semorion. idem quod supra
Sersar. id est. ferrum.
Serum armena. id est. absinthium
Setefisie. id est. ruta agrestis.
Sedimen in vrina dicitur a sedeo sedes. eo q in fundo sedet.
Secrãrag. .i. lac vel vrina vespertilionis
Sedaneg. id ẽ. lapis emathites.
Sedenigri. sunt quidam lapides sic noiati. vt supra emathites.
Seedenigre. idem quod supra
Sednie. idem quod supra.
Sedregi. id est. oleũ sisaminũ.
Semerion. id est. species apij cãpestris.
Seytrayrez: sunt duo animalia.
Seregeis. id est. herba.
Semperuiua. hic scribe quod est in litera helaalabem.
Seemeniga. est quoddam genus esule q̃ vocatur esula campestris.
Selgen. id est. napus.
Serben. id est. cedrus.
Selios. id est. iectigatio.
Senadus quid est. lege l. cardel.
Serpens ventris. id est. lumbricus latus & longus. Istud vocabulum ponit Auicenna secundo canone cap. de capparo.
Sefiros. id est. apostema durum cui nõ associatur sensus neqz dolor & est melãcolicum.
Sesalauchäm. id ẽ. apium siluestre.
Setaromata. est apostema. qđ cũ frangit̃ exit ab eo aliquid ad modum pinguedĩs
Setantica. id est. desiccatiua.
Sedenach. id ẽ. lapis emathites
Sciebiet. hec est aranea habens plures pedes & longos.
Seedes. id est. polium.
Seutblo. id est. bleta.
Septe pinece. id est. serapinum.
Serpido. id est. rubor cutis cũ pustulis.
Sempebeliastum. id est. afronitrum.
Setatis vel naten. id est. spica celtica.
Seil qui est. lege l. caxchax.
Semicupium. id est. tina.
Sepezos. id est. bacce lauri.
Selia. id est. cassia.
Sentix. id est. rubus. lege l. rannus
Sentices. idem quod supra
Selekusia. id est. spuma lune. & est talk.

Serigene. .i. canna mellis.
Senation quid est. le. l. herocalcam.
Sedia. id est. cassia.
Septicum. id est. redarguens.
Serpellium. id est. serpillum
Seene. .i. sal de piscibus.
Sem. .i. pili porcini.

DCXXXVI.

SErtula. Dyas. cap. Sertula herba ē humilis: odore suauis & colore exalbida: floscellum habens subrufum. Illa vero melior est q̄ est vasta: & n̄ nimis exalbida: & recēs. vires habet leniter relaxantes. & ideo tumorem oculoꝝ sedat. locis debilitatis & neruosis ex aqua multa cocta & fomentata facit.
Semen lumbricorū quid est. le. l. kambel
Semen quid est. lege l. almech.
Sebexabrā quid. lege. l. strexabram
Sextarius. est pondus librarum duarum & dimidie.
Serapinū quid est. lege l. sacabenzg.
Sesabrisalan. est grecū. & interpretaē mirtus.
Sechebsabren. idem quod supra.
Sea. .i. sticados arabicus.
Seldebinegi. id est. opoponacum.
Sentar. id est. pes colūbinus
Setabit. .i. semiā papaueris.
Semin. id est. dentifrigium.
Senapiones. id est. senationes.
Serasisi. id est. torax vel ossa pectoris.
Sediti. id est. folium.
Seberig. id est. fructus mandragore.
Sertegi. id est. oleū sisamnū.
Serib. id est. siluestris.
Seisech. id est. mandragora.
Semathes. id est. lentiginosa.
Seedeb. id est. ruta.
Serpentaria quid est. lege. l. luf.
Serpentina. idem quod supra.
Setati. id est. apoplexia.
Sersemie. id est. orobus.
Set id est. lacca.
Sentix est quilibet frutex spinosus.
Serpigo. id est. indurata empetigo.
Seta quid est. lege l. haeir.
Sedar. id est. agrifolium.
Sericon. est fex plumbi post exitū cerusе: & est cerusa vsta & ē rubea. debet dicere suricon. vt apparet in l. suricon.
Sedine. .i. lapis emathites.
Sebasta. id est. sulfurata.
Sera afadizarabazen. id ē. agn⁹ castus.
Semen sule. id est. arretice: sed falso. sꝫ alteri⁹ herbe dulcissime & placide equis qua herbātur equi calabrie.
Seilen. id est. foliū indum.
Sedina vedina. id est. apostēa molle
Semisen. id est. sisamus.
Secabiniti. id est. serapinum.
Sealdeus alnabati. i. herba croci ortulani
Selichi. id est. ozimū latum.
Serum. id est. butirū coctū.
Serpis quid est. lege l. latamie.
Segi combusti. i. genus venenosum.
Sebedengi. id est. lac ordei.
Sembellia. id est. medicina inda composita ex aromatibus & laxatiuis quibusdaꝫ vt apparet in litera gallia
Secati. id est. agrimonia.
Seofe. id est. spōgia marina
Seren. id est. lac ordei.
Seruracula. i. species brassice crispe.
Sen. est propriū nomen loci.
Seregeis nominatur persice kilodarium
Selgen. id est napus.
Senzen. idem quod supra
Sertiones. id est. pedicelli.
Sextex nextex. id est. sal gemma.
Setei. id est. apoplexia.
Semericon. id est. semen apij campestris id est. siluestris. vel ipsa herba.
Sereram. id est. tapsia.
Serpentes viscerum. id est. solea.
Sebellia. est medicina inda. & est sebe.
Setica. id est. emigranea.
Serpillum quid est. lege l. numir.
Sedon id est. cardo b̄ndict⁹
Semerion id ē. apium siluestre.
Seelen id ē. agrimonia.
Serenz id ē. scariola
Senex id ē. rubus

DCXXXVII

SEbesten latine. grece mabalomagiata. arabice faulis sebesten. & in lingua psica vocatur mammilla canis. Vnde Sebestē māmilla canis fert xlica lingua Sera. li. aggre. capi. faulis sebeste aboause mochiata sūt noia isti⁹ arboris fructificātis fruct⁹ dulces noīant eos gētes faulis sebesten. Et idē aut. Ysaac. Penarā mochiata ē roth in arabia. & est arbustū altū sup terrā sicut hasta: habens corticeꝫ cui⁹ color vergit ad albedinem: & ramos quorum cortex vergit ad viriditatem: & habet folia magna retūda. & hꝫ racemos quoꝝ sapor est dulcis: & vua eius est magnitudinis

nucicule que postea glaucescit cū maturatur: & habet intꝰ viscositatē albam & granum qd ē sicut granum oliue. hic fructus colligitur & exiccatur: donec passus sit: & est illud quo vtimur in medicina. & est medicamen medium in cōplexione sua in ca. & fri. Laxat ventrem febricitantium. confert tussi que est a ca. & siccitate: & lenit pectus: & sedat catarrū ca. stipticū pter eius humiditatē & confert ardori vrine que fit propter mordicationē colere in vesica & in renibus: & expellit vermes intestinorū. quia adherent ei pter dulcedinem suam.

DCXXXVIII

SEdis arabice. grece malabatrū latine vero folium. Sera. li. aggre. cap. sedis aut. Dyas. Est herba que nascitur in india i locis humidis & paludosis carens radice. colligūtur hec folia in aqua supnatantia. Est autem optimū qd ē leue & albidū vel nigrosū nardi referens odorē sine vlla salsedine ac diu ml'tūq; reseruāt. hāc herbā cū inuēiūt colligūt inserūt filo lineo & siccāt estate Aliqui etiā illos ramos colligunt & sic seruāt. Et quādo terra cum omibus herbis estate vi caloris arescit: nisi foco herbe aride fuerint puste: alio āno nullā generant herbam. Est aūt folium integri odoris cum suauitate stipticū: & diu cū diuturno odore. virtutē habet spice nardi. quia similiter est diureticum. tumoribus oculorū elixum in vino fomento adhibetur. puluerem eius in aqua fricatum oculis supunge. folium masticatum diutius odorem retinet. quod in vestimētis positum cum fuerit tineolas nō pmittit. & vestibus odorem gratū reddit. Multi putauerunt folium esse nardi indici foliū. sed falluntur. Et idē autoritate Gal. Virtus est ei similis virtuti spice. verum est fortioris operationis. Paulus ca. de folio Ca. est in secundo gradu. siccū i tercio.

DCXXXIX.

SEne arabice. grece & latine. Sera. libro aggre. capitulo Sene quādo desiccatur reponit & ipm habet vaginas oblongas in quibus sunt semia ordinate distincta. & ille vagine habent pediculum subtilem quo adherēt ramulis. & quādo agitantur vagine a vento cadunt: & pastores colligūt eas posse. Sera. autoritate Abix. Virtus eius est calida & sicca. tamē pauce caliditatis: & siccitas eius est prope caliditatem ipsius: & habet virtutē magnam quādo peruenit ad stomachū purgandi melancoliā & colerā. & fortificat substantiā cordis quādo miscentur cum eo medicine quas dixi iuuare sicut viola & potio decoctionis plus cōfert qꝫ ipm tritum. Et dosis sicci triti eius est. ʒ. j. & i decoctione. ʒ. v. Et idem autoritate Rasis Sene & fumꝰ terre purgant humores adustos: & confert scabiei & prurituī.

Io. mes. Sene est folliculꝰ plante. quā vocant perse alzemer. Et inuenitur ex eo domesticum & siluestre. Et melior pars plante est folliculus: deinde folia. Et melior folliculus est cuius color declinat ad viriditatem & subnigredinem quandam. & in quo est de amaritudine res modica & stipticitate: & qui est magis completus: & i quo sunt semina ampla opressa subalbidus aūt non ē bonꝰ & incōpletꝰ. Similiter & folia sunt meliora viridia. Subalbida vero & tenuia non sunt bona & antiquū ex eo est sine spiritu. & stipites eius sunt inutiles. est ca. in principio secundi: siccum in primo. & folia sunt i primo ca. & est abstersiuum: mundificatiuum cōuenienter & resolutiuū. Debilis ē & tarde solutionis: & debilitat stomachum. confortaē cū rebus acutis sicut ʒinziber & salgemma. & medicine cordiales & stomatice cum eo felicitant opus eiꝰ. Et Galienus. Cum iure gallorū aut carnium soluit sine molestia. Et si infundaē in aqua casei cum spica. deinde coquatur parum est medicamen bonum. Solutione educit enī cum facilitate melancoliam & coleram adustam: & mundificat cerebrum: cor. & epar: & splenem: & mēbra sensuum: & pulmonem. & confert egritudinibus eorum: & aperit opilatione viscerum. et conseruat vtentē ipo in iuuentute: et generat gaudium. causaꝫ aūt tristicie amputat. et ponuntur folia eius in lauacris ad caput. & pprie cū camomilla confortat cerebrū & neruos. et scdm omnē modum administrationis eius addit in visum. et corroborat auditum. et ē medicina bona febrium melancolicarū et antiquarum. Dosis eius infusi potio est ab aureis. iij. vsq; ad. ʒ. j.

DCXL.

SEmijssem arabi · gre · sisammū latine vero sisamꝰ vel iozi olena Sera · li · aggre · ca · Semijssen id ē · sisamus aut · Gal · In eo est substātia vnctuosa quātitate nō pauca: & virtus eius est que mollificat · & eadem virtus repitur in oleo sicut in substantia · & aq̄ in qua coquitur sisamus habet eandem virtutez Dyas · cap · Sisammū scd̄z trā slationē grecā malū est stomacho: & co= mestū oris fetorem facit · Et idem scd̄m translationem arabicā · quādo fit empla= strū cū eo mollit duricies neruorum: & curat conquassationes aurium: & aposte mata ca · que sūt in eis · & ofert cōbustio ni ignis: & dolori colico: & morsui aīal' quod dicit̄ carates · Et quando miscetur cum oleo ro · sedat dolorem capitis qui fit a calore solis · Et planta sisami quādo coquitur cum vino facit hanc eandem operationem: & confert ꝓprie apostēāti oculi & pulsationi eius · Et idem Sera · aut · Aben mesuay · Oleum sisaminum est malum stomacho & destruit eum: & iu= uamentum eius est illis q̄ habēt melan= coliā & scissuras in extremitatibꝰ · Nam hi iuuātur multū ex cibo eius: & rugas cutis extendit: & mollit eas: & ꝯsolidat scissuras que fiūt propter desiccationem que sūt a melancolia · Et dicūt ꝙ sisamus est ca · in secundo gradu: & hu · in primo & prouocat vomitum quando torrefit & rectificatur & melioratur · Galienus in libro de cibis capitulo de sisamo · Sisa mum cito stomachum euertit: & tarde digeritur: & alimentum dat corpori vn ctuosum · Rabi moyses capitulo de sisamo · Sisamus corrumpit cerebrum & nuchā: & replet caput fumositatibus & facit sudorem fetentem: & in mulieri bus ventrē auget · & ip̄m generat herniā Auerois quinto colliget cap · de sisa= mo Est ca · ī primo: vel in principio secū di · hu · in tercio ·

DCXLI ·

SEt arabice · grece chinosbatus: vel saccupalea · latine vero rubꝰ caninꝰ Sera · libro aggre · ca= pitulo set · Set · id ē · rubus caninꝰ: & est maior satis rubo alio · Nam assimilatur ymagine sua arboribus · Folia eius sunt latiora folijs mirti: & in ramis eius sunt spine due: & habent florem albū: & fru= ctus eius est oblongus similis nucleo o liue · qui quando maturatur fit rubeus: & habet interius simile lane · qui quando desiccatur & aufertur qd̄ interius est & coquitur cum vino & bibitur stringit vē trem · Et nocet decoctio fructꝰ eius cā= ne pulmonis: & strīgit fluxum mēstruo= rum · Et radix eius est calidior ipso · de qua si fiat emplastrum extrahit spinas et alia infixa corpori · Et quādo fit empla strū ex folijs eiꝰ recentibꝰ ꝓhibet aposte mata · Et idē au · Gal · Fructꝰ huiꝰ plāte est stipticus fortiter · sed folia eiꝰ habēt stipticitatē paucam · Et oportet ꝙ cauea tur ab eo qd̄ intra fructum est bombi= cio simile: quia nocet multum canne pul= monis · vnde vocatur cinosbatus · a cinos qd̄ est canis · & batus qd̄ est rubus.

DCXLII ·

SEcolafedeon: vel alutribe ara · latine scolopendria · Sera · libro aggre · ca · secolafedion au · Dyas · Secolafedeon · i · scolopendria: & noīatur hoc nomīe ꝓpter similitudinem cuiusdā vermis dicti scolofendeia · & eiꝰ interp̄tatio est quattuordecim pedū · ha= bet multa folia egredient a ab vna radice & nascit̄ in petris & muris edificiorum & non habet stipitē neqz florem neqz se men: & folia eius sunt desubtꝰ maculata sicut folia polipodij · & pars eius īferior est quasi rubea · & pars eius supior est viridis Gal · vj · sim · pharmacorum ca= pitulo de scolopendria scd̄m translatio= nem ara · Substantia eius est subtilis: & virtus eius ca · in primo · sic · in secundo: & incidit & resoluit duriciem splenis · Et idem eodem libro & eodem capitulo scd̄m translationem grecam Ymitices si ue scolopendria stipticitate cum amaritu dine participat · quapropter confert sple ni bibita cum aceto · Et idem Sera · Quā do herba ipsa coquitur & bibitur qua= dragīta diebus resoluit & extenuat sple nem · similiter autem faciunt folia ipsa si terantur & fiat cum eis emplastrum su per splenem · quando teruntur & miscen tur cum vino conferunt distillationi vri ne: & singultui: & hyctericie: & frangit lapidem vesice quando bibitur · Et pu= tant quidam ꝙ ipsa prohibet impregna= tionē quando suspenditur super mulierez sola: aut cum splene mule · Aueroys quinto colliget capitulo de scolopēdria est temperata in ca · & sic ·

DCXLIII ·

Secheděchi arabice·gre·canabs· latine vero canapis Serapi· libro aggre·capitulo secheden chi au·Dyas·Secheděchi·i·canabs ē plā ta que seminat̄ & facit semen·& habet folia similia folijs agni casti:grauis odo ris·& habet hastam & ramos longos ite terius vacuos·Et idē·Sera·autoritate Aben mesuay·Est calida & sicca in secū do gradu·Et de ꝓprietate eius est que desiccat humiditates que fiunt in aurib⁹ quando distillatur in eis ex oleo eius·& vsus eius nimius facit sodam

Sptarag·i·ausab· Galien⁹· Virtus sa por & odor eius sūt similia virtuti sapo ri & odori nasturcij· nisi quia est minus desiccatiuum ipso:& calefacit in quarto gradu·Est eni cōfectio facilis & nō du ra·Et inuenit̄ nigra & rubea·ambe sūt interficientes·& ista non inuenitur ī re gionibus nostris·ideo nomē ignoratur

Sebel· ·i·alumen·

Scema· ·i·figura·

Scel·i·vene rubee super oculos·

Schela ienne· idem quod supra

Scen· ·i·lacerte rubee·

Sceilē·est vena que est intra auricularē & annularē in dorso manus·& vocat̄ saluatella·

Sceata ·i·magna stella·

Sceen·i·sanguis draconis·& est succus rubeus notus·scdm quosdam est gūmi·sed quid est le·l·alacoben·

Scea quid est·le·l·ascukodos·

Scea armenū· idem quod supra·

Scef ·i·vngula·le·l·afir·

Scensen· ·i·sisamum·

Scemas· ·i·manus·

Sceilen·i·ramus vene nigre·le·l·platea·

Sceba romanū· ·i·absinthium·

Scelich romanū idem quod supra·

Sceet· ·i·anetum·

Scebel· ·i·ruta·

Scedenegi· ·i·ematites·

Sceius denigi· ·i·semen canapis·

Sceirarag· ·i·fumus terre

Scetaram· ·i·tapsia·

Scerasif· ·i·ypocundrium·

Scense· ·i·sol·

Sceitaragi· ·i·ptisis·

Scetagi suoti· ·i·nigella·

Scear·i·adeps porcinus·

Scedene ·i·chetabre·

Scedine· ·i·ematites·

Sceptaras· ·i·tapsia·

Scedie·i·pinguedo intestinorum·

Sceridatis· ·i·sanguis draconis·

Sceileki· ·i·storax liquida·

Scebram· ·i·esula·

Scetazirach· ·i·vespertilio.

Scemagin· ·i·sebzan·

Sfenoria· ·i·pastinaca·

Sfleticos· ·i·pes columbinus·

Spelta quid est·le·l·fulc·

Species condientes·i·spēs odorifere·

Sperule coloquintidarum·i·poma colo quintide que sunt rotūda vt spera·

Spersum· ·i·fermentū·

Spedilion· ·i·sisimbriū·

Spedate· ·i·cerusa·

Speculare clastrū·id est·gipsum·

Spelmon·i·ceterac·le·l·aplenon·

Splenaria· idem quod supra·

Sphoydes· ·i·spelta·

Sfel· ·i·bel·

Sfemi· ·i·hierusalem·

Sterra· ·i·neruoꝝ qualitas

Sterione· ·i·galla·

Sterios· ·i·particum·

Stella domini ·i·sigillū salomonis·

Stercus eris quid est·le·l·hoas·

Stefania·interpretatur vincens·

Stebinech· ·i·serapinum

Stercus argenti·i·stercora argenti que ita sūt ex argēto sicut stercus eris·& qd est stercus eris·le·l·stercus eris·

Stefrigia· ·i·ruta agrestis·

Stear· ·i·adeps·

Steb· ·i·alumen·

Stellaria quid est·le·l·asterion·

Stea· ·i·matrix·

Sterica passio·i·corruptio matricis·

Stectio· ·i·pes colūbinus·

Stellio· ·i·lacerta facetana·sed scdm quosdam est lacerta viridis·

Sterphina· ·i·vinacium·

Sterione· ·i·galla·

Steatemata·id est·idurata apostemata

Sterig· ·i·fumus terre·

Stercus quid est·le·l·fimus·

Stercus passerum·id est·vsnen·

Stercus demonis·i·napta vł petroleum

Stella terre· ·i·talk.

Stesisia·i·ruta agrestis DCXLIIII·

Teng arabice vł seterig·grece capnos·latine fum⁹ terre Se rapion libro aggre·cap·sterig au·Dyas·Herba ē silis pastinace agrestis nisi qꝛ magis ē minuta ea & amarior·& hꝫ radicē cui⁹ color vergit ad albedinem

Et autoritate Gal. Sapor eius est amar⁹ & stipticus. Virtus eius ē ca. & sic. in se cundo gradu Plinius ca. de fumo ter re. Fumus terre. i. fumaria. Et dicitur fu m⁹ terre: quia nascitur & remittit̃ a ter ra in magna quātitate vt fumus: quia na scitur a quadā grossa fumositate a terra resoluta: & circa superficiem terre adhe rente: & sic ex actione caliditatis genera tur. Debet enī viridis poni in medicinis. Et est ex eo alius: cui⁹ flos est subalbid⁹ cinericius. Et ali⁹ cuius flos est pallens violaceus. & iste est melior Dyas. ca pitulo de capnos scōm translatōem gre cam: que latine fumaria dicitur nascitur in segete ordeacea similis coriandro: vel corio herbe: sed mollis & alba & cinero sa: & multum florem habet̃ & purpureū Succus eius viscidus est. caligines ocul' detergit: lacrimas prouocat. vnde & no men accepit. Herba ipsa comesta vel bi bita: plurimā colerā p vrinā ꝓuocat.

Silfium. id est. lasar. & est genus ferule cuius gūma est asa fetida.

Serecinū. idem est ꝙ ceretinum.

Sidia. .i. flos granati.

Sicaras. .i. sisimbrium.

Siames. .i. semen.

Sieron. id est. farina lolij.

Simacha. i. apostemata parua caliditā tem habentia. que multū cito in saniē cō uertuntur: vt carbunculi.

Simata. idem quod supra

Sinum. i. vinum. & est vinū passarū.

Sincum. .i. bdellium.

Sisaleos. .i. filipendula.

Sibias birbias. i. loca que sunt ī extremi tatibus coxarum: vbi sunt glandule; vbi vertebrum coniungit̃ scie.

Sibare. est demoniū mixtu3 cū sirsen. ita vt cū homo habet sirsen alienet propter demonium agitatum.

Sirelilen. est emblicus qui sic nomiatur cū in lacte infunditur.

Sistar. id est. fu.

Simaren. .i. lactuca asini.

Simeanus. .i. visc⁹ quercinus.

Simopis. .i. rubicundus.

DCXLV

